

QVÆSTIO XIX.

An in specie l. quoties. C. de rei ve. n. vna, vel duplex gabella debeatur;

Quæro etiam: An in specie, l. quoties. Cod. de rei venditione cui conseruat. l. 5. tit. 5. par. nempe, cum duobus in solidum, & separatim vna, ac eadem res ab vno, & eodem domino venditur, vna, vel duplex debeatur; Et in prima facie videtur vnicam tantum deberi, argumento textus in l. mercurum. §. quoties ff. de public. & quæ ibi traduntur glos. verb. veterana, Bartol. & Doctores, præcipue Angel. nempe, quod ex re semel gabellata non debet iterum gabella solui: Et addit Bart. ibidem, quod promissum rem vendere, & de promissione soluta est gabella, non debet iterum ex venditione solui.

Secundo, & magis preemtorie hæc eadem pars probatur, quia lex gabellata ita ex venditione vtegitur debet, ut iuxta ipsam venditionis pretium soluendum esse dicat, ut patet ex l. 1. titulo 17. hoc libro 9. cuius verba sunt hæc: Mandamos, que los vendedores paguen el alcavala, y de ellos se cobre en esta manera, que paguen por razon de ella de cada diez maravedis vno, de todo el precio por que vendieren.

Ergo si in duplici venditione non nisi vnum pretium est vere, & realiter, ut pote vtraque venditio ad vnicum duntaxat pretium tendit, ac redigitur, istius pretij gabella semel soluta per venditorem prædicti. Regiæ fati sit, etenim qui bis contrahit in specie dicti. l. quoties, vnicam vnus rei alienationem, & vnicum pretium querit, non duplex, licet emptorem mutauerit, alterum decipiens, & ideo hanc partem ex hoc efficaci fundamento, & inuitabili ( ut ipse inquit ) tenet Lassar. de decim. vendi. cap. 13. num. 17. vbi quod facile videri suo in praxi recipietur, & præterea censet, regulandam esse gabellam iuxta pretium venditionis, quæ cum effectu tenuerit ex decisione, dicti. leg. quoties.

Hæc opinio benigna, & æquior quidem est, ideo forsam in praxi recipietur. Attamen in puncto iuris, attentis verbis dicti. leg. 1. tit. 17. hoc libro 9. supra elatis, contraria sententia proculdubio verior, & tenenda videtur ex sequentibus, & his quid in fortissimis fundamentis.

Primo, quia gabellæ debitum, & solutio ipsius respicit tantum ipsammet contractum venditionis, & sic venditionem ipsam validam, licet postea venditio voluntate partium, vel cuiusque ipsorum non duret, ut probatur ex dicti. leg. 1. & ipsemet Lassar. hoc ipsum agnoscit, pro regula generali in hac materia sapissime in pluribus locis sui operis tradit, & docet: Sed hic sunt duæ venditiones perfectæ, & validæ, vna quæque de per se consistens in solidum certo quodam pretio vnicuique conueno. Ergo ex vna quæque debetur gabella.

Secundo, quia quod gabella in præmissa specie debeatur de illa venditione, quam traditio completur, nullum dubium est, nec aliquis contrarium audebit dicere.

Adde ea venditione, in qua traditio defecit, etiam gabella debetur, quia traditio non est de substantia, nec requiritur pro debito gabellæ contrahendo, sed tantum, quod venditio sit pura certo quodam pretio conueno, quo perficitur ipsa venditio ut supra late probauimus alia questione.

Quinimo licet alias ad hoc, ut gabella ex venditione pura, & semel perfecta deberetur, requireretur traditio rei, quæ reuera ad hoc non requiritur, ut prædiximus: nihilominus in specie dicti. leg. quoties, adhuc gabella deberetur ex venditione illa, cuius traditio non fuit subsequuta, nisi re integra in continenti, quo venditio celebrata fuit, partes communi consensu ab ea discederent, quia tunc nulla gabella deberetur: sed si ex intervallo hoc facerent, ut resoluimus supra questione 7. Cæterum in casu dicti. leg. quoties, si emptor, cui non fuit res tradita, in se super suo contractu, & ab eo non discedat ( & à fortiori si ambe partes ex intervallo ab illa venditione recedant, ut diximus, paulo post dicemus ) tenebitur venditor ex prædicti. venditione etiam gabellam solvere, quia cum per eum scienter feterit, quominus traditio rei fiat huic emptori, habetur in sui præiudicium pro facta traditio, vel ad minus ac si facta fuisset, nec ex suo facto, & dolo debet præmium, & vitiositatem reportare: Idemque erit, etiam si emptor hic pro sua venditione non in se in iudicio: si quidem illa venditio firma remansit, & ratione ipsius ius petendi in iudicio habet, l. si bona fidei ff. de noxa libus, nempe, pro pretio forte soluto damnis, & interesse, in ea dicti. leg. 5. tit. 5. par. 5. Quinimo ante traditionem secundo factam, si ambo emptores concurrant ad perendam traditionem rei, tunc, quia vterque habet solum titulum, ille præferitur, cui prius fuit venditio, siue prima venditio fuerit iurata, siue non, ut optime probauit Gregor. Lopez in l. 7. glo. fin. titulo 7. quicquid in consilite contrarium tenet Anton. Gomez 2. tomo variarum resolut. cap. 2. de emptio. & venditio. numero 20. vers. quinto principaliter: Ergo prima venditio firma, & valida fuit, ac proinde ex ea gabella debetur, & vendens rem eandem duobus in solidum diuersis temporibus, & contractibus dolum committit, & peena falli iure punitur, ut in l. qui duobus 21. ff. ad l. Cornel. de fals. & dicti. leg. 7. vers. 5. Oportet si dezi-mas tit. 7. par. 7. tametsi illis iuribus, quo ad hoc derogatum esse per generalem consuetudinem affirmet practica Papien. & Conradi, quas refert & sequitur Iulius Clar. lib. 5. Recipiens §. solus, in vers. vendens eandem rem duobus, & c.

Tertio eadem sententia probatur, quia ex prima venditione perfecta sit ius quæsitum gabellario, licet res non tradatur primo emptori, dummodo ab ea partes incontinenti non potest per secundum contractum venditionis eisdem rei ex intervallo factum hoc ius sileo auferri facto partium, vel cuius liber earum, iuxta doctrin. Bald. in l. si constante ad fin. C. de donat. ante nupt. communiter approbatam, de qua supra alia quæst. quem etiam sequitur, plures allegans Girona. de gabell. 5. par. §. vni. nu. 15. quam in propositionem præsentis ibi adducit.

Nec dissimilis profus est casus ille, cum quo rem suam vendidit certo pretio, & postea ab hac priore venditione discedens, mutuo contrahentium consensu, vel alia ratione, iterum rem illam vendit alteri emptori ex nouo contractu: quo casu duplex proculdubio gabella debetur. Prima ex priori venditione, ex qua cum semel fuerit sileo ius quæsitum, non potuit per contrariam venditoris consensum, aut iudicalem venditionis rescissionem ei auferri per nota. in lib. empt. ff. de pac. & l. debet. ff. de edil. edict. Altera gabellæ, ex secunda venditione, quæ sequuta est: est enim vtraque vera, ac distincta venditio, & ita sepe iudicauit in hoc casu Lassar. ut ipse affirmat. de. 13. n. 8. & 8. ex em

exemplificans in animali vendito, quod soluta iam gabella eius venditionis, ut morbosum redhibetur, & iterum postea venditur, ex quo etiam aliam deberi gabellam merito affirmat, & contendit: inquit tamen, hoc dissimile esse casus dicti. l. quoties, quia in illo, de quo in hoc versiculo nec dissimilis, & c. vtraque est vera distincta venditio, non in idem tendens pro diuersis temporibus, & propterea contingit, in hoc casu, nempe dicti. leg. quoties.

Ergo autem quo ad eandem iuris dispositionem in vtroque casu dicendam, nullam dissimilitudinem inter hos casus inuenio, cum in vtroque sint plures, & distinctæ venditiones factæ in solidum duobus diuersis temporibus in idem tendentes, & concurrant eadem ratio, illa, scilicet, quod ius semel quæsitum sileo, ab eo multi, auferri non possit, nec debeat: denique nulla vis consistit in eo quod ambe partes de communi consensu à venditione ex intervallo discedant, quo casu nulli dubium est gabellam ex contractu deberi, vel quod venditor, multo prius emptore, ab ea conuentione recedat, vendendo postea eandem rem alteri: Quinimo à fortiori in hac vltima specie gabella ex ea prima venditione deberi debet propter dolam & culpam ipsius venditoris: Sibi igitur imputet damnum duplicis gabellæ nec aliquis eius mietur in hoc.

Quibus si fit, ut si emptor primus ex conuentione, sed statuo gabellam soluerit ex sua prima emptione, eam non repetet à gabellario, sed à suo venditore, tanquam interesse, & damnum ei obueniens culpa, & dolo venditoris, à quo indemnis reddi, & remanere debet, argumento dicti. l. debet, ff. de edil. edict. & post hæc scripta vidi hanc meam opinionem contra Lassar. vbi supra, late & bene probantem, & tenentem Girona vbi supra, dicti. 5. parte de gabell. §. vni. numer. 1. cum pluribus sequentibus, dicentem quod eam semper teneret in iudicando & consulendo: sed & scio eam sine scriptis nondum impressis tenuisse grauissimum quendam Iuriconsultum huius Regni vita iam functum, quia ea vidi, & legi.

Superest, ut fundamentis contrariæ partis satisfaciamus: ad primum de eo, quod tradunt Doctores in l. inter am. §. quoties ff. de publi. & vtegitur. respondemus illud argumentum inefficax esse ad propositum, quod certum sit, iure nostro Regio ex quacunque re tot gabellæ deberi, quot venditiones illius celebratae fuerint, ut consuetudo ipsa, & praxis quotidiana demonstrat, & per locum ab speciali probat. l. 10. tit. 18. hoc lib. 6.

Doctrina etiam Bar. in dicti. §. quoties in similibus verbis diuersa est nostra specie: Etenim ex eo illa procedit, quoniam licet in statuto, de quo loquitur Bar. ex quocumque contractu gabella debeatur, & promissio de vendendo, & venditio ipsa postea sequuta duo contractus esse censentur; attamen, quia in ea quæstione promissio de vendendo est quod accessorium, & præambulum quoddam venditioni coherens postea sequatur, vnicam gabella debetur, quasi ex vno contractu.

Sicut, & alias stante eodem statuto, si soluta sit gabella venditionis, & queratur, an excessione quoque soluenda sit: DD. ita distinguunt, ut siquidem cessio sit exequutio, siue exercitium prioris contractus venditionis, ut quando procurator cedit domino, & tunc ex cessione non soluitur noua gabella: si vero cessio sit nouus contractus de per se, non oriens ex priori, noua gabella debeatur: quia vbi nouum factum, ibi noua obligatio: sed vbi vnum, & idem factum, non dicitur noua obli-

gatio, ita Bald. in l. cum per eos Cod. si quis alit. vel sub. in fine, & ibi Salicet, sequitur Firmian. in tract. de gabell. in §. p. princip. n. 19. volum. 11. tractatum diuersi Doct. & Parlad. verum quosid. lib. 1. c. 3. §. n. 27. Lassar. de decim. d. c. 13. n. 6.

Ad secundum fundamentum contrarium, quod inuitabile reputat Lassar. respondemus, facili negotio dissoluit: quia in casu dicti. l. quoties, non vnum, sed duplex pretium definitum fuit, nempe, in quilibet venditione suum pretium: quo si primum non fuit solutum id contingit culpa venditoris, nolentis stare priori venditioni, vendendo secundo eandem rem alij simili, vel diuerso pretio. Denique omnino enervatur præd. fundamentum ex eadem l. 1. tit. 7. hoc lib. 9. quatenus in fine dicit: De todo el precio por que vendieren. Obserua multum hæc verba quia comprehendunt primam venditionem, sicut secundam, cum non dicat lex De todo el precio por que vendieren, & recipieren; si enim hoc adderet, bene loqueretur Lassar. cum vero simpliciter dicat: De todo el precio por que vendieren: ista verba ita verificantur in prima venditione perfecta, sicut in secunda. Igitur de vtraque, solui debet gabella cum vna, & eadem res sepe, ac sepius vendi possit, & solet, & de vnaquaque venditione solui debet gabella.

Prior autem opinio contraria posset procedere in materia laudemij, vel releiui, & iurium patrono feudi debitorum, quæ quidem non soluntur, nisi ex venditione, ex qua transferatur, & mutata dominium vere, & efficaciter: Insuper requiritur, & hoc durare, alias præd. non deberent: At gabella tantum respicit ipsum contractum venditionis, licet ex eo dominium non transferatur, nec mutetur, ut sepe diximus, & constat ex Carolo Molin. in consue. Pat. tit. 1. §. 2. n. 40. ad fin. & tit. 2. §. 5. n. 15. & 37. imo licet res sit aliena, ut sup. resoluimus, g. 1. §.

SVM MARIA.

- 1 Gabella noua an debeatur ex augmento & diminutione pretij prius constituti, omnibus integris manentibus, & sequent. vbi late distinguitur, iudicium auctoritatis ponitur n. 4.
2 Contractus nouus alteri celebrato in protocollo, an eo combusto, iterum debeatur ex eodem refectione n. 6.
3 Gabella an debeatur ex pecunia postea data, ut emptor traditionem, vel possessionem habeat?

QVÆSTIO XX.

An noua gabella debeatur, ex augmento, vel diminutione pretij prius constituti, omnibus integris manentibus?

Quæro præterea, an in casu, & specie, l. pascia conuenit, ver. Paulus ff. de contrahen. emptio, & l. 2. ff. de resond. vend. noua venditio contrahatur, ita quod duplex gabella debeatur, an vero vna tantum? Et ut hæc quæstio melius percipiatur, refero licetam vtriusque lillius enim ita se habet: Si omnibus integris manentibus de augendo, vel diminuendo pretio, rursus conuenit, recessum à priori contractu & noua emptio intercessisse videtur.

Posterioris vero l. verba, ita se habent: Si quam res à se emittendæ rursus a se pluris minorisve emero F 3 diceimus

dicesimus à priori venitione idem aliis iuribus, & pluribus Doctoribus comprobatur Tiraq. de retractu l. g. d. s. t. 1. 8. num. 54. & 55.

Respondent igitur DD. quæstioni supra propofita, quod aut pactum fecundo apponitur cum vno ex pluribus, & tunc pro parte tantum receditur, ne contractus in totum renouetur, vt in iuris gentium. S. adeo, versio, sed cum dicitur cum eodem, & tunc: aut verba non sunt apta ad renouationem contractus, verbi gratia, rem, quam tibi vendidi pro viginti volo, quod emptam habeas prima emptione, & reuicito tibi decem, vel prima emptioni addo decem, & non videtur renouatus contractus: aut verba sunt apta ad renouationem contractus, vel sunt ambigua, quia possunt trahi ad vtrumque, & videtur renouatus vt in d. l. p. a. i. conuenta, versio. Paulus. & iuxta hoc iudicandum est de gabella, vt in primo casu noua gabella non debeatur, in secundo vero casu illa debeatur. Ita distinguunt Bart. numer. 1. Paul. de Cast. num. 2. in d. s. adeo, & est communis distinctio, secundum Lasibi num. 6. & magis communis secundum Ioan. Orosiabi num. 1. quibus adde Tiraquel. de retractu conuentio. ad fin. tit. n. 1. 6.

Quod autem nouus contractus alteri non præiudicat, cum quo initus non est, probat l. vltim. ff. de pact. & tenet alios allegans, & bene probans Tiraquel. d. s. t. glo. 1. 8. num. 56. vbi quod quando ex contractu, vel occasione contractus per dispositionem legalem est ius questum alicui tertio re vel spe, non potest ab illo contractu recedi in eius præiudicium: secus est, quoad eos qui contraxerunt, non autem quantum ad alios, quorum interest, quibus ipsi contrahentes postea præiudicare non possunt, vt per ipsam Tiraquel. d. s. t. glo. 1. 8. num. 58. Sed à communi distinctione præd. discedit Lassart. de decim. vend. ca. 1. num. 12. dicens, quod quoties is casus in praxim veniat, nempe, quod venditio semel contracta, pretium alteretur, semper intelligit, factum esse, vt prior venditio reformetur, non vt noua contrahatur, quia cum vere nolint partes in totum à venditione recedere, sed, vel pretium augere, vel minuire, verisimiliter est, hoc solum eos effecisse, quam nouam venditionem superfluo contrahere, ita vt animaduertendum sit, vt si per posterius pactum prius pretium minuat, id fisco, aut gabellario non nocet, quia iam fuit eis à principio ius questum, & ita iuxta prius pretium gabella debeatur, quod si auctum sit, fisco procedat, quia vere tanti res venditur.

Ego vero, ita resoluendum cenfeo in nostra quæst. principali: quod quando verba non sunt apta ad renouationem contractus, vel sunt ambigua, quia possunt referri ad vtrumque, intelligendum sit, vt prior venditio reformetur, non vero in noua contrahatur, & à priori videatur recessum: quod si ipsa reformatio fiat incontinenti, debebitur gabella, iuxta pretium reformatum siue sit maior, vel minus primo: si autem illa reformatio fiat ex intervallo, & pretium prius sit maius, & per posterius pactum minuat, tunc procedat opinio Lassart. que habet, vt id fisco, aut gabellario non nocet, quia iam fuit eis à principio ius questum, vnde ex post facto ab ipsis iniuris auferri non potest, & ita iuxta prius pretium gabella debebitur: quod si prius pretium per secundum pactum, siue incontinenti, siue ex intervallo id fiat, augeatur, fisco, aut gabellario procedat, quia tanti res venit: intelligendus est itaque necessario Lassart. licet ipse ita non aperiat iuxta superiora, nempe, quod loquatur, quoties reformatio contractus, hoc est, additio, vel diminu-

tio pretij sit ex intervallo: Secus si in continenti, quia tunc tantum attenditur ad posterius pretium, siue maius, aut minus id sit, cum in continenti licitum sit partibus penitere: Vnde ipsa tantum soluenda est de secundo pretio: si vero ex intervallo expresse renouatio fiat prioris contractus, ex quo primo receditur, & nouus contractus venditionis celebratur, duas gabellas deberi videtur, nisi hæc renouatio incontinenti fiat, quia tunc vnica tantum gabella debebitur, ex pretio reformato, siue maior, vel minus si priore, quod pro nulla censetur, quasi ex venditione infecta.

Diuersum est dicendum, quoties celebratus est contractus inter partes & antequam publicetur, combustum est protocollum: partes vero iterum eum rescindunt, ne pereat: si enim de primo rogitu soluta fuit gabella, non debet iterum solui pro eodem resecto, quia noua resectio non dicitur nouus contractus proprie sed quedam declaratio primi, l. manum. l. manumissiones. ff. de inst. & iur. t. Item, 6 quia huiusmodi resectio habet oculos retro, & dicitur in pristinum statum repositio, ita Firmi. de gabell. s. p. princip. quæst. 6. num. 10. idem cum Petro Anchara. probat Aules in cap. 22. Prat. in gloss. Torres. num. 26. Bofius in sua prædic. tit. veltigal. quod soluitur nu. 2. Callan. in consuet. Burgund. ad fin. tit. de gabellis fol. 387. num. 5.

Hoc autem verum intelligi, quoties in refectione nihil aliud agit, nec immutatur, sed prior contractus & instrumentum, prout antea erat, rescitur: siue reformatio prior forma non mutata nec pretio alterato: Cæterum si in hac refectione contractus renouetur, ita à priori recessum videatur, nouus contractus celebratus, vel veteri pretio additum vel diminutum, tunc profecto obseruanda erit prior nostra reformatio.

Quod si emptor soluat pretium contentum, 7 & postea aliquid det, vt traditionem habeat, siquidem soluit iustum pretium valoris rei, non debebitur gabella de hac summa postea data: sed tantum de primo iusto pretio: quia hanc summam vltimam dedisse præsumitur causa redimenda litis, & non in fraudem fisci vel gabellarij: Idem si post emptionem dominij rei emit nullam possessionem, quia si vtrumque pretium non excedit valorem rei, de vtroque debebitur gabella.

Quod si primum pretium æquabat valorem rei satis est de illo solui. Reliquum namque videtur causa redimenda vexationis datum, quarum nihil inde debebitur, nec fisco, seu gabellarius debet questum facere de incommo aliterius, prout obseruat in similibus terminis, nempe quinq. vel laudemij soluendi domino directo feudi eius alienatione, Carol. Molinus in consuetudin. Parisiens. tit. 2. s. 55. glossa 2. num. 35. quæ sententia in proposito tenenda videtur, tamen respugnare videatur generalitas verborum, l. 1. tit. 17. hoc libro 9. dum statuit decima totius pretij, pro quo res fuit vendita, soluitur, quibus verbis motus Lassart. de decim. vendition. cap. 14. numero 17. tenet, quod si emptor fuit lesus, quia vltra dimidiam iusti pretij rem emit & venditor velit reducere ad equalitatem contractum, restituendo excessum pretij vltra supremum iustum rigorosum, obtinere debet fisco integram gabellam iuxta pretium iniustum in primo contractu constitutum: sed hoc esse falsum probat Moline. Theologus in secundo tomo de iustitia & iur. dispensatione 349. colum. 572. ibi, arbitror

arbitror tamen, vt docuimus, supra quæstione 12. num. 8.

Nihilominus tamen præfata opinio Carol. Moline applicata ad nostros terminos gabella procedere in praxi non videtur ex verbis dist. leg. 1. quæ hunc casum vere comprehendunt, in quo venditor titulo venditionis, & pro pretio id, de quo agimus, consequutum fuit, ac penes se retinet: exemplum vero Lassart. & Molin. de quo supra dictum est à nostro, vt pere in illo emptori restituitur excessus iusti pretij in nostro vero minime: Quare data patite terminorum in nostro casu, nempe, quod venditor fuisset condemnatus iudice ad restituendum, quod præd. vexatione extorsit iniuste ab emptore, et demque eo restituito proculdubio censetur ex eo gabellam non deberi, prout in terminis lesionis vltra dimidiam resolut Molin. vbi supra.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex omni contractu alienationis, an vero ex solo contractu venditionis? & numeris sequenti, resolutur numero tertio ex solo contractu venditionis illam deberi.
- 2 Venditionis appellatio generaliter accipi debet.
- 3 Venditio in dubio potius intelligenda est, quam locatio facta mentione pretij.
- 4 Venditio & emptio, quid sit & n. 6.
- 5 Locum mansuata, vltim. ff. de contrahend. empt. intellectu.
- 6 Gabella solum solui debet ex contractu emptionis & venditionis, & ex contractu permutationis: eodem nu. 6. vbi ratio assignatur, nisi in fraudem veltigalis alias soluenda alius contractus singatur, & celebratur, vt in n. 7.
- 7 Pretij mentione facta, vel venditionis in dubio præsumitur esse contractus emptionis & venditionis, nisi aliud constet ex formalitate, & essentia contractus.

QVÆSTIO XXI.

De quibus contractibus debeatur gabella?

1 QVero circa intellectum, & praxim d. l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. nou. collect. Reg. in illis verbis: Los vendedores paguen el alcuala de cada diez maravedis vno de todo el precio porque vendieren: an hoc verbum, vendieren, intelligendum sit de larga significatione venditionis (hoc est) ex omni contractu alienationis per quem dominium transfertur; an vero de sola stricta eius significatione, nempe venditione pretio facta?

2 Et vi tenet primo dicendum de larga significatione venditionis esse intelligendam nostram hanc l. Regiam, hoc est, de omni contractu alienationis, ex quo dominium transfertur: Venditionis namque appellatio generaliter accipi debet, vt in l. licet. S. venditionis, ff. de quibus mod. pign. vel hypothe. solu. vbi gloss. t. ex eo text. notat appellatione venditionis omnem contractum contineri ex quo dominium transfertur, vt ibi, & in l. statu liberi in fin. ff. de statu lib. & in l. 1. s. eam, ff. que rei pign. obl. poss. & in l. in quorum, ff. de pign. & in l. fin. C. de reb. alien. non alien. cum similib. & late sup. to vocabulo, verb. vendere intelligitur pro omni specie commu-

rationis, secundum Balin l. 1. ff. de cond. ob. caus. cum similib.

Nihilominus tamen respondemus, quod cum materia gabellarum sit odiosa debet hoc verb. vendieren, nostre l. Regiæ strictè accipi, non vero in amplissimo significato, secundum Baldin. l. contractus, columna 1. C. de fide instrumentor. late Parladot. rem. quotidian. lib. 1. cap. 3. §. 2. sub numero 22. Et in dubio contra gabellam iudicandum est, vt supra late probauimus: quando lex, vel statutum disponit, quod de pretio soluat gabella, intelligitur disponere, quod soluatur de contractu venditionis, eo quod pretium, & venditio sunt correlatiua, gloss. & Bald. in l. cum dotem, C. adde iur. dot. Et quomuis verbum conueniat etiam locationi, l. 1. & 2. ff. locat. cum similibus, t. nihilominus in dubio potius venditio intelligenda est, quam locationi, facta mentione pretij, secundum Ioan. de Platea, in l. final. C. de præd. iur. lib. 10. praxim maxime cum in hac materia habeamus præfatam, l. 1. tit. 17. hoc libro nono. expresse loquentem in venditione & pretio.

At venditio est distractio rei pro pretio, id est, 5 contractus, quo res pro pretio alienatur, & emptio est rei pro pretio contractio, id est, contractus, quo comparatur dominium: aut quasi dominium pro pretio, vt definit Dominic. à Soto lib. 6. de iustitia. & iur. quæstione 2. articulo 1. refert post alios Molina Theologus de iustitia & iur. tomo 2. dispensatione. 326. columna 497. post medium, vbi columna seq. vers. fortasse, inquit melius dici posse, quod venditio est contractus, qui consensu perfectur mercis pretio: non vero secundum ipsum de ratione venditionis est, quod res vere alienatur, dominiumque transferatur, etenim si res vendentis non sit, licet venditio valida sit, vt sup. q. late probauimus, dominium tamen non transfertur, etiam accedente traditione, vt docuit idem Molin. disp. 327.

Est ergo solum de ratione venditionis, quod 6 quantum est ex se sit translatio dominij pro pretio, accedente aditione: esto, aliunde id impediatur, vt colligitur ex locum mansuata, §. vltim. ff. de contrahend. emptio. ibi, nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne a emptorem transeat, sed hoc, aut locatio est, aut aliud genus contractus, quorum verborum hic est sensus, de ratione venditionis esse, vt dominium eius, quod venditur, quantum est ex vi contractus, transferri intendatur, teste Molin. d. disp. 336. col. 408.

Iure igitur nostro Regio attento, gabella tantum soluenda est de venditione pretio facta proprie sumpta, non vero de aliis contractibus, præterquam ex permutatione, quæ speciali lege, nempe, 2. eodem tit. 17. lib. 9. nominatim expressa est, ex qua gabella quoque soluenda est, vt in d. l. 2. cautetur: Si enim appellatione venditionis omnis contractus alienationis in proposito continetur, frustra, in dist. 12. & olim in l. 102. in quatenus gabellarum exprimeretur idem forte in permutatione, cum tamen emptio & venditio, item, & permutatio plusquam ceteri contractus assimilentur: Et in terminis quod statutum de soluenda gabella ex certo pretio de sola venditione intelligatur, tenet Firmian. de gabell. 3. membr. 8. par. princip. num. 8. volum. 11. tractat. diuers. Doct. & probat late Lassart. de decim. vendit. cap. 1. num. 108. cum sequenti. Et de iure Regio in sola venditione & permutatione, non ex aliis contractibus hoc iure videtur, secundum Lassart. ibidem num. 4. & tenet F 4 Molin.

Molin. ubi supra colum. 499. quidquid de iure communi male dubitet Pinel. in rub. de rescind. vend. l. 1. p. cap. 3. num. 27. Quare autem magis ex venditione, & permutatione, quam ex reliquis contractibus ius illud gabellæ debeatur, declarat Lassart. ubi supra num. 43. explofa insufficienti ratione Ioan. à Medina in suo C. de resit. q. 15. vers. copulatus sequitur in fin. nempe, quia quanto hi duo contractus venditionis, scilicet, & permutationis magis necessarii præ cæteris, & vñ frequentiores sunt, ut inquit glol. verb. contrahitur, ff. pro empt. tanto plurius tributum hoc Regium adangeretur, & vberius foret pro fuccurrenda inopia ararij Regij propter necessitatem bellorum & temporum.

Cæterum quoties ex non extensione d. verbi vendere, occasio evidens refultaret fraudandi gabellam, & leges gabellarie illuforie redderentur, tunc quantumcumque materia, de qua agitur, fit stricta, vel penalis, extendenda est, ut notatur in l. 1. §. fin. ff. de calumniat. l. sed Julianus, §. mutus dationem, ff. ad Maced. c. si ciniar, & ibi Dominic. de sententia excommunic. lib. 6. & in correctorijs loquitur Cornens in auth. ex causa colum. 5. numer. 11. C. de lib. prat. vel ex hered. fraudibus enim & malitijs hominum est obviandum. l. cum bi. §. si cum li. ff. de tran. l. l. fin. §. fin. ff. de suspens. nec enim dari debet intellectus adeo proprius & strictus, ut reddat l. illuforiam, & sine effectu, iuxta late tradita per Felin. in cap. Rudolphus, numero 4. & §. Ideoque in ea specie non extenditur ad amplos significatus, sed ad æquipollentes & similes, ex quibus idem effectus refultet, qui erit attendendus, potius quam ad proprietatem nominis & vocabuli, pro ut extenditur in casu. l. 3. §. generaliter, ff. de inst. l. que prius, ibi ex omnibus causis, qua in bar venditionis habent, & c. l. apud Colsum, §. si quis autem, ibi, item in similibus, qui vicem emptorum continent, ff. de dol. mal. & mer. except. Et in nostris terminis, quod præd. nostra responsio principalis ita demum procedat, si modo in fraudem vetricigalis conventiones tales non fant, tenet Parlad. ubi supra num. 21. Sed in alijs casibus, in quibus huiusmodi evidens occasio fraudis cessauerit, sequenda erit natura dispositionis strictæ, & odiose, intelligendo legem in casu, in quo proprie loquitur sine extensione ad alium, & iuxta hanc distinctionem est intelligendum verbum, vendieren, nostre legis, & similitud.

Similiter erit obseruandum in hac materia, quod etiam si in contractibus quando fit mentio venditionis, vel pretij in dubio præsumatur esse contractus emptiois, & venditionis, ut verba sonant, argum. tex. in §. pretium, in l. de empt. & vend. glo. fingul. in l. cum dotem, & ibi Bald. C. de iur. dot. l. fin. C. de præd. curial. lib. 10. Specula de emptio. & vendit. §. nunc dicendum, vers. sed pone statutum communis, ut plures allegans concludit bene eam declarans Carrotius de locat. & conduct. 2. par. de malis. prime emptiois, num. 2. cum sequent. attamen si ex formalitate, & essentia contractus constiterit, alium esse contractum, quam emptiois & venditionis, veritate quidem erit standum, non vero nomini imposito, & erroneo, à re difsonanti iux. legem infulam, ff. de donat. caus. mort. l. Lutus, ff. de donat. Bald. in l. 2. ff. commod. & in rubric. in fin. C. de iur. emphiteot. Imola, & Cardinal. in Clementia 1. §. final. de reb. Eccles. non alienand. & in capit. vestra de location. diximus supra questione 11. de redhibitoria, citantes in idem Menoch. de arbitrar. iudic. libro primo, quæst. 7. num. 3. cum sequent. & Beccium consilio 35. in princip. & numeris sequent. Per nostrum nam-

que affirmare, vel negare non mutatur substantia; & veritas rei, l. assumpio, ff. ad municipal. & quod caret effectu etiam nomine caret, l. cum precibus, C. de probation. & verba debent consonare rebus; & text. in §. est & aliud genus instituta de donat. & scribere debent nature contractus, cui adiciuntur, Bald. in l. 2. Cod. commod. Et in terminis, quod quando ad verbum pretium præcedit verbum conduco, tunc sit locatio non vero ven. ito, cum Iason. p. obat Carrot. ubi supra nu. 9.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex venditione necessaria? num. seq. resoluitur affirmatiue n. 7. & 16.
- 2 Necessitas à tributus excusare solet, & etiam à gabella, ut in exemplo hic posito sed vere, num. 16.
- 3 Alienans compulsus non dicitur venire contra prohibitionem de non alienando, vere n. 18.
- 4 Officium non debet esse alicui damnosum, sed vide, num. 19.
- 5 Laudemium domino directo soluere non debent diuidentes inter se rem emphyteoticam ex necessitate, ut socij, & heredes vide numer. 20. & 21.
- 6 Emptio, & venditio sine consensu voluntario effici non potest.
- 7 Retrahtus uterque habet locum in datione insolutum, tam voluntaria, quam etiam si fiat ex causa necessaria.
- 8 Laudemium debetur ex venditione necessaria.
- 9 Gabella debetur ex viualibus s. compulsione iudicis pro necessitate Reipublica subleuanda, & numero vndecimo.
- 10 Compulsio iudicis in id directa, ut subditus faciat id, quod iure tenetur, dici non potest restringere voluntatem hominis, sed potius eam liberare à seruitute appetitus.
- 11 Alius non dicitur voluntarius ad quemvis compelli potest, quamuis actu non compellatur.
- 12 Statutum non solum dicitur simplex populi consensus, sed etiam consensus lege vallatus, munus.
- 13 Omnis solvendi gabellam ab effectu venditionis pronenit, non vero, à causa.
- 14 Casus fortuitus non debet præiudicare dampnum passo.
- 15 L. Casar. ff. de public. & veltig. intellectus.
- 16 Dna res quando sunt ad finem vnius, ex necessitate, tunc amba sunt illa vna.
- 17 Quoties ex duobus actibus posterior est executio prioris, ambo sunt ille prior.
- 18 Diniſio est contractus mixtus participans de distractu & contractu, & de permis. & venditione, & tamen propriam, & distinctam habet naturam, & totus contractus dicitur diniſio, & ex eo nulla iura debentur.
- 19 Cum quis iure cogitur rem suam iusto pretio vendere, detrimentum gabellæ ex illo iusto pretio soluenda, sibi resarciri debet ita ut iusto suo pretio, eoque franco res vendita maneat, & quomodo hoc intelligatur?
- 20 Gabella non debetur ubi Rex auferat alicui rem suam, soluto bona cambio.

QVÆSTIO XXII.

An ex venditione necessaria debeatur gabella?

- 1 **Q**uarto præterea, an ex venditione necessaria debeatur gabella, nempe cum quis non sponte, & voluntarie, sed ex necessitate vendiderit, veluti ex aliqua iusta causa per legem, Regem, aut Magistratum coactus, vel compulsus iusto pretio recepto, ut in casibus de quibus per D. Connartu. late lib. 3. variar. resoluit. cap. 1. 4. per totum, & l. 2. ad fin. titulo. 1. par. 2. ubi Greg. Lop. & in similibus? Et quidem in hac questione pars negatiua, scilicet, quod ex huiusmodi venditione gabella non debeatur, sequentibus fundamentis, & autoritatibus altituit.
  - 1 Primo, quod necessitas à tributus excusare solet, l. Casar. & l. fin. §. si propter necessitatem, ff. de publi. & veltig. ubi Bart. & Doctores, & l. 1. C. de naufrag. libro 11. ubi Barto. expresse decidit, quod si propter vim, & tempestatem maris, vel incursum, & timorem hostium, & Pyratum res, & nauis ad portus venerit ad quem, nisi ea virgeret necessitas non veniret gabella non debetur, que alias si sponte ad eum portum peruenisset, soluenda foret.
  - 2 Secundo, quia non dicitur contra prohibitionem de non alienando venire, quia compulsus alienat. l. Divus ff. de petit. hered.
  - 3 Tertio, quia regula iuris est, quod ex his, que quis ratione, & necessitate officij fecit, sibi dampnum refultare non debet, l. cum quadam, ff. de administratione tutor. & in l. post legatum, §. adnotatum, & in l. tutor. ff. de bis qui vid. indig. & in l. filius, ff. de inst. testam.
  - 4 Quarto, quia ita etiam, qui propter necessitatem rem emphyteoticam diuiserint inter se veluti socij, & heredes non tenentur soluere laudemium domino directo, secundum Guillerm. de Cugn. Bart. Bald. & Paul. de Cast. in l. & ideo, ff. de condit. futuri. l. fin. num. 47. & 48. ubi dicit communem, C. de iure emphyteut. Auendan. qui bene hoc declarat, distinguens inter voluntariam, & necessariam venditionem, respons. 13. n. 6. Et hæc est opinio passim tradita distincto, secundum Lassart. de decim. vendit. cap. 19. n. 105. tradit Tiraquel alios allegans, de tract. titulo 1. glo. 1. 4. n. 10. & plures Girona de gabell. s. parte in princip. n. 49. & Amodeus à Ponte, questione laudemial. 26. in princip. ubi inquit esse receptam, eamque bene ampliat, & limitat.
  - 5 Quinto, quia venditio sine consensu effici non potest, nec solet, quia solo consensu contrahitur, l. 1. §. fin. ff. de contrahend. emptio. lege prima, in versiculo item emptio, ff. de rerum permutatione. ideoque nolenti, & inuito impossibile est, quod venditio fiat, l. iniuriam, C. de contrahend. emptio. tria enim requiruntur in venditione, res, pretium & consensus, ut probat text. in princip. in situ. de emptio. & venditio.

differte videtur à venditione, vel permutatione mere voluntaria, ex quibus solum gabella debetur, & soluenda est. Et in terminis nostre questionis, ita probauit & tenet Ioan. Parlador. verum quosid. lib. 1. cap. 3. n. numero 26. & voluit Auendan. dicit. respons. numero 6. in vers. admissa igitur, ad finem. ibi: Quod ex alienatione necessaria non debeatur gabella, nec laudemium, dicens sic concludere iudicandum Casan. in consuetud. Burgund. rubr. 10. §. 9. sub n. 4. & loquens in gabella tenet Alber. in 2. parte statut. quæst. 221. quem refert & sequitur Amodeus à Ponte, q. laudi 26. in vers. ex hac conclusione.

His nihil fecius non obstantibus contraria 7 sententia verior est, & tenenda: imo, quod ex prædict. venditione necessaria gabella debeatur, quia re vera venditio est, & nullibi reperitur exempta ab hoc tributo (nisi in diuisione hereditatis, de qua infra late agemus) ideoque comprehenditur sub dispositione generali nostre, leg. 1. titulo 17. hoc libro nono. nota collect. Reg.

Sed ut magis omnibus eluceat veritas huius nostre sententia, oportet considerare, trifariam posse, quem compelli ad vendendum: Discutramus igitur per singulos modos coactionis, & necessitatis venditionis. Primum est, quando compulsio habuit principium voluntarium. Secundum, quando compulsio oritur, à iustitia ciuili & naturali legis, quamuis addit voluntas particularis, nec libera venditoris. Tertium, quando compulsio, & necessitas de facto prouenit coactione violentia, aut metu.

Circa primum modum (hoc est) quando compulsio hæc habuit principium voluntarium venditoris, ex quo sequitur postea compulsio, & necessitas, sciendum est, eam dici causatiam, seu potius voluntariam, ut pote, quia quis se in ea posuerit sponte, ut contingit in omnibus contractibus, qui à principio sunt voluntarij, postea vero efficiuntur necessarii, sicut ab initio, C. de action. & obligatio. probat late ipsemet Auendan. dicit. respons. 13. numero 6. vers. quadam alia: & in hoc casu, nempe quando virtute contractus, aut tentatione contra aliquem late fit executio & bona venduntur, hæc non dicitur alienatio necessaria, sed coactio ad vendendum & soluendum creditori, quia processit primum ex mera voluntate debitoris cuius solutio nis index est merus executor; & ideo iudice vendente bona ex causa executionis, & maiori licitatori in subhastatione illa adidicente pro satisfactioe creditoris, venditio dicitur sua origine voluntaria, quia debitor ipse sua voluntate videtur rem dare, & sic vendere, ut notat Bald. in cap. quoniam frequenter, §. fin. numero 9. ut lite non contestata. Et ideo in hac specie factum iudicis censetur factum patris, siquidem ex voluntate precedente partis, hoc index exequitur, alias non factus, ut in l. ob causam, cum similibus, C. de cæstito. Et quia idem est alienare, & sic vendere, quod facere illud, ex quo sequatur alienatio, l. codicillis, §. alienatio, & ibi Bar. ff. de leg. 2. l. fin. C. de legi. tur. Et quod non censetur necessarium, quod habuit principium voluntarium, tenet præterea Bald. consilio 120. quod importet libro secundo. Hinc rectè docet Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. §. 1. n. 40. & 47. Quod in donatione in solutum, tam voluntaria, quam etiam si fiat ex causa necessaria: imo, si fiat iudicis autoritate per sententiam, & interpositionem decreti, habet locum uterque retractus, quod sequitur, alios allegans, & late id probans iure, & consuetudinibus particularibus quorundam

quo undam locorum Tiraquel de retrab. ligna. §. 1. gloss. 1. 4. numero 12. cum sequentibus, reprobandos alios plures tenentes contrarium, quos supra retulerat, n. 3. cum sequentibus, & nos quoque de hoc late egimus, libro 2. præf. g. 137.

9 Ex quibus sic debet ex hac venditione, tanquam voluntaria considerata eius origine, & prima radice laudemium, vt late probat Auendan. vbi supra dicti, numero 6. versic. 7. isto casu, & in versic. cum igitur, & per totum respons. & Antonin. Theaur. decif. Præd. 1. 33. numero 1. cum sequentibus, quicquid contrarium velint Doctores, in l. & ideo ff. de condit. furtiu. & l. in l. in numero 47. & 48. Cod. de iur. emphyteut. supra citatis, cum aliis quos refert Tiraquell. num. 14. in loco statim citando, loquens in datione in solutum, &c. Ergo & gabella proculdubio debet, vt probauimus late infra sequentibus.

10 Circa secundum modum compulsionis & necessitatis venditionis, nempe, quando oritur ex iustitia ciuili & naturali legis, deficiente etiam voluntate particulari & libera venditoris, idem obseruandum erit, nempe, vt ex ea venditione gabella quoque debeat.

11 Veluti cum tempore necessitatis hoc est, cum Respublica amone inopia premitur, compellitur habens victualia, vt ea iullo pretio vendat, & in similibus casibus, vt in l. 1. & ibi communiter DD. C. de Episcop. pal. aud. DD. in cap. 1. de emptio. & vendit. optimus text. in l. 2. ff. de nudin. l. 3. tit. 5. partit. D. Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 3.

Primo, quia sicut obligatio in ducta à lege, ratione naturali subnixta, & in bono publico fundata, est licita & iusta causa, ita etiam est huiusmodi in actibus, consequentibus ab ea, prout est gabella, si filius fami. & ibi Bal. Cad. Macedon. Non enim vim pati dici potest qui facit, quod tenetur, quinimo illa est vera libertas, & qui alius facit, contrariando rationi naturali. & iustitiæ, dicitur esse velini seruis proprii appetitus & iniquitatis prout sunt bruta animalia ratione carentia. Hinc dici solet à Philosophis, quod homo rationi & iustitiæ attentionis eximitur à lego, quæ solum contra malos, & iniustos lata est, vt inquit Rebus. in præmio consti. Regni. gl. 1. n. 52.

12 Hinc etiam fit, quod compulso iudicis in id directa vt subditus faciat id, quod iure tenetur, dici non possit constringere voluntatem hominis, sed potius cum liberare à seruitute appetitus, vt eleganter dicitur Bald. in questione schismatis, n. 17. in versic. quid sit libertas quaeritur C. si quis aliquis testar. prohib. & paulo inferius, in versic. hoc itaque premisit, n. 26. inquit, quod licet compulso in hac specie fit cum compediendis, & vinculis, non dicitur coacta voluntas facit text. in l. 3. §. 1. ff. de eo, quod met. caus. exequutio enim iuris nullam habet in se iniuriam. In iniuriarum ff. de iniuriis. Secundo, quia si ego agnoscens sponte legis iustitiam, absque vlla compulsionem, venale facerem meum frumentum, proculdubio teneret soluere gabellam: Ergo idem dicendum erit, si compulso auctoritate legis, Regis, vel Magistratus id faciam: Alias enim maximum esset absurdum eximere à solutione gabellæ resistentem iniuste legi iusta & qui absque compulsionem noluit obediere esset melioris conditionis obediens Denique victualia, exceptis alimentis necessariis pro sustentatione propria cuiusque familie, cadunt sub nomine mercaturæ, suntque venalia, non solum habitus, sed etiam destinatione domini in eum finem ea feruantur. Ergo dici non potest coa-

ctus id facere, quod consonat fini, & destinatio iocni eiusdem domini.

Præterea, si contrarium diceremus, fraudibus locus præberetur. Illi enim, qui alias essent venditori, consulo affectarent iudicis compulsionem, vt liberarentur à solutione gabellæ, si que patrimonium Regium, & dominorum hoc ius vechigalium habentium, nimis defraudaretur, atque diminueretur: At fraudibus præcipue adeo euidentibus est obuiandum: Quinimo etiam si lege expressum foret, quod ex venditione tantum voluntaria deberetur gabella, non vero de necessaria, ad euitandas huiusmodi fraudes extensio fieri deberet de vna ad alteram venditionem, iuxta supra adducta quæst. 2. n. 7. vbi egimus an leges gabellarum de venditione loquentes debeant intelligi de venditionibus stricte sumptis, vel etiam large. Quinimo si aliud diceremus, sola potentia, vel metus compulsionis liberaret à solutione gabellæ, quamuis actu compulso non adesset: Non enim dicitur actus voluntarius, ad quem quis compelli potest, quamuis actu non compellatur, vt docent Ancharran. consil. 195. rationes, col. 2. & Arcin. consilio 24. quatuor dubia, in secundo dubio, per text. in l. nouissime versic. quid si compulso ff. quod fals. iur. authentic. ibi. metuens ne compelleretur, vbi Ripa, & Bald. notant text. illum ad hoc, quod idem operatur timor tormentorum, quod ipsa tormenta. Ad idem est text. in l. apud Labeonem, §. ait Prator, versic. questionem. ff. de iniuriis, de quo late agit Anton. Gomez in tertio, tom. variar. resolut. cap. de tortor. verorum, n. 4. & Roer. Suarez in sua allegatione. 23. in princip. Itaque non solum compulso actualis, sed etiam metus ipsius in habitu eximeret venditores à solutione gabellæ, quod esset, imo est absurdum & falsum. Ergo, &c.

Tertio, quia etiam si necessitas liberaret à solutione gabellæ, minus dici potest violenta venditio inducta à lege, vel consuetudine, cum enim recepta sit, prout est, in vniuersa Respublica præfata lex voluntas implicita & in genere facit voluntarium omne, quod ex ea processerit, tanquam de voluntate, & communi consensu gentium, l. 1. ff. de legibus, vbi lex dicitur sponso, & promissio populi: & inquit Bald. in l. si ex cautione, in fin. n. 18. C. de non numer. pecu. ¶ quod statutum non solum dicitur simplex populi consensus, sed etiam consensus lege vallatus, & munus: quo sic iustificata venditione, iustificatur etiam gabella eius consequutia, vt per Bal. in l. filius fami. C. ad Macedon.

Quarto, quia onus soluendi gabellam ab effectu venditionis provenit, non vero à causa. Licet enim contractus venditionis sit de eorum numero, qui consensu contrahuntur: obligatio tamen soluendi gabellam, non oritur, nec provenit saltem mediate ex consensu, hoc est, de forma, sed de formato, id est, de ipsa venditione, & ex l. ipsa, que cum sit præceptiua afficit inuitum, Bald. in rubric. num. 1. C. de condit. ex lege. Dubium itaque gabellæ est effectus necessarius, qui sequitur ex venditione iam formata, veli, nolit venditor: prout est obligatio alendi vxorem propriam, quanto ad id vit sit compulso, vel accipere vxorem, quam accipere tenetur, & ad id iure à iudice Ecclesiastico competenti compelli potest & debet.

Circa tertium modum compulsionis, & necessitatis per coactionem violentiam, vel motum, cum voluntas coacta voluntas sit, debetur etiam gabella, ex ea venditione, vt resoluimus supra quæst. 14. n. 2.

Quare

Quare in terminis hanc nostram sententiam indistinctè probauit (nempe, quod ex venditione necessaria debeat gabella) Lassart. de decim. vendit. cap. 19. num. 100. dicens, quod iuxta eam ex facto respondit, & practicum fuit, & numeris sequentibus responso fundamentis contrariis: nempe, illud, quod dicitur, necessitatem à tributibus excusare, locum habere & procedere in propriis, & aliis tributis his similibus, de quibus loquitur præd. iurata: Et de his ad gabellam nostram argui non potest que generalissima est, & omnem validam venditionem à laico facta comprehendit, nisi in casibus ab eisdem gabellaris exceptis: At venditio, quæ ex necessitate fit, vera venditio est, l. 1. in princip. ibi. Et si plures sint socii, ibi, necessitatem habere partes suas, quas in seruo possident, vendere, vbi expresse, qui cogitur partem serui sui pro iusto pretio dare, vendere dicitur, nec necessitas facit, quo minus rei datio pro pecunia legis præcepto venditio sit, ac voluntarie fiat, iuxta res. l. naturalis. §. & siquidem, ff. de præscript. verbis, vt latius ratiocinatur Lassarte vbi supra, numerato 6.

17 Similiter non obstat. l. Calar. ff. de publico. & vechigal. dum communitur allegatur ad hoc, quod casus fortuitus non debet præiudicare damnum passio, vt inquit, glossa ibi verbis in Bart. Albert. & reliqui Montan. in l. 3. ad medium gloss. titul.

18 31. part. 7. Castell. in l. 2. Taur. fol. 19. colum. 1. ¶ quoniam hoc solum probat illa lex, quod si cotes, quæ semel inter permillum locationis tempus à portu fuerant extractæ, iterum ad portum vi aliqua reuertantur, navi tempestate delata, & intra prohibuit tempus exeat, non ob id videtur, quicquam contra legem contractus fieri à mercatore extrahente, non enim illa in tempestate, & casu necessitas fundatur: sed in eo, quod illæ cotes iam ab initio euectæ, & extractæ videantur, cum semel à portu nauis à principio proficisceretur, nec si denuo propter tempestatem reuertantur iterum extrahi dici possunt contra legem contractus quæ semel iuste extractæ fuerunt vt constat ex litera illius text. & latius interpretatur Lassart. vbi supra num. 102. vbi num. 103. cum sequentibus, bene etiam respondet, l. fin. §. si propter necessitatem, ff. de publico. & vechigalibus.

Ad tertium ex dict. Diuus ff. de per. hered. nempe non dici contra prohibitionem de non alienando venire, qui compulso alienat. Respondemus, hoc procedere respectu penarum, in quas absque voluntate libera non incurritur, quia vbi non est culpa, non est pena: At hic nos agimus de obligatione, & onere annexis voluntate legis, & non venditoris, contractu venditionis valide celebrato. Vnde cū venditione necessaria fit valida, ex appropinquanti effectus debiti gabellæ & cuius conditionis, licet pena incurritur, quæ multum differt à præd. effectibus. Ad aliud fundamentum contrariæ partis, quod habet, ¶ damnum non debet reulutare alicui ex his, quæ ratione, & necessitate officij fecit, respondemus, ex hoc nihil inferri necessario ad exemptionem gabellæ, cum etiam si quis ratione officij administratoris vendiderit, non liberaretur à solutione gabellæ: & ideo bellissime concludit Carol. Molin. in consuetud. Parisien. titul. 1. §. 22. num. 1. 4. differens. Bari. & sequatium inter voluntarium, & necessarium venditionem non procedere in hac materia, sed in alia, nempe legum loquentium in diuersis terminis, scilicet, vbi agitur de prohibitione vendendi, vel de suspitione fraudis in venditore, non autem vbi agitur, de iure competente, vel competituto tertio ex venditio-

ne: quia sine voluntarius, sine necessarius sit venditor, hoc nihil pertinet ad illum tertium: sicque in effectu hanc nostram sententiam tenet, & probat Carol. Molin. ibidem numero 14. & prius numero 13. nempe quod ex venditione necessaria, prout est illa, quæ auctoritate iudicis fit in publica sub hastatione, quæ res sic vendita ad iudicaturus in offerenti, instantibus, creditur, & debetur gabella.

Ad quartum de communi opinione Doct. quæ habet, quod de diuisione necessaria, quæ fit inter locios, vel heredes emphyteoticos non debetur laudemium, respondemus. Primo procedere in materia laudemij, in qua Authores præcitati loquuntur, & vbi agitur de prohibitione alienationis & venditionis, de suspitione fraudis in vendente, vt, scilicet, non videatur fraudem facere, vel prohibitionem incurtere qui necessario alienat, prout contingit indiuidente tem communem litigiosam, vel emphyteoticam, aut feudalem, vt probat text. in l. fin. versic. exceptis, ibi diuisionis, C. de litig. & in authent. de litigios. §. 1. ibi, heredes autem eius: non vero dict. communis sententia procedit, vbi agitur de iure competentis, vel competituto alicui tertio ex simplici actu venditionis, vt prædiximus ex Carol. Molin. vbi supra, quem in proposito huius responsionis refert Lassart. vbi supra n. 105.

Secundo respondemus præd. communi sententiæ, quod in ea materia diuisionis emphyteoticis communis necessitas non operatur exemptionem gabellæ, sed tantum, quod media, ( quibus diuisio fit, nempe permutatio & venditio diuisionis incidens, sine quibus ipsa commode expediri non potest ) habeantur pro vnitis, & coherentibus ipsi diuisioni, vbi incidunt, & cum ea confundantur, veluti re, de qua principaliter agitur, & de per se separatim, & distincte non conleantur, & confundentur, sed vt accessorium sequi naturam sui principalis, indeque recipiant formam, & denominationem, atque à fine diuisionis, quæ fit finis namque trahit ad se omnia, quæ tendunt ad finem, l. & si non sunt §. perueniamus. ff. de aur. & argenti. legat. ¶ Sicut in contractu dotis, & estimatio accessoria, quæ facit emptionem incidentem ipsi contractui dotis, non est separata ab ipsa dote, sed caput contractus dotis, quod cum ea confunditur, iuxta gloss. & DD. in l. quoniam C. de iur. dot. ideoque matrimonio, non sequuto, non solum principalem, quod est ipsa dos, sed etiam emptio incidens spirat, l. in rebus dotalibus. C. de iur. dot. & quando duæ res sunt ad finem vnitas ex necessitate, tunc ambe sunt illa vna l. ill. ad §. ff. ad legem Aquil. Bald. in l. cum dote, ad fin. n. 4. C. de iur. dot. & l. cum seruus & ibi Paulus & Imol. ff. de condit. & demonstrat. Afflic. in cap. 1. §. vechigalibus que fit regal. lal. in l. quo minus in vltim. not. ab. nu. 20. ff. de summo, ¶ Sic etiam quoties ex duobus actibus posterior est exequutio prioris, ambo sunt ille prior, quia vbi vnium propter alterum, vel duo propter vnium, vtrouque vnium tantum vt in dict. cum seruus, & ibi Paul. & Imol. & post alios Carol. Molin. in consuetud. Parisien. titul. 2. §. 5. gloss. 1. num. 1. 10. ad fin. Necessitas igitur in proposito à solutione gabellæ non liberat, sed operatur confusionem horum mediocorum, quæ confusio in causa est, vt gabella non debeat, & necessitas incidentie horum mediocorum est tanquam causa causæ & iuxta hoc est intelligenda præfata communis sententia, de qua per Doctores in d. l. & ideo ff. de conditio. furtiu. & in aliis locis supra allegatis: huiusmodi

modi

modi namque necessitas confundens media venditionis & permutationis operator, vt ipsa transeant in speciem negotij principalis, nempe diuisionis, ex qua non debetur laudemium, vt habet communis sententia nec gabella, vt infra agemus in questione vtrum de diuisione hereditatis debeat gabella.

24 Diuifio namque est contractus mixtus participans de distractu & contractu, & de permutatione, & venditione & tamen propriam, & distinctam habet naturam, vt in §. penultim. in iurata de officio iudicis. & in §. quadam in iur. de alio. & hoc non obstante, totus contractus dicitur diuifio, & consequenter ex eo nulla iura debentur, vt probat Carol. Molin. in consuetud. Parisienf. tit. 1. §. 2. n. 74. & 81. in fin. Et distractus, quo tendit, vt diuifio distrahatur, & dare vnicuique suam portionem, & per eam non confertur nouum dominium nec dicitur alienatio, nec noua acquisitio inter coheredes, sed exequutio prioris acquisitionis, & dominij, & distributio primarum portionum in eadem quota ad distrahendam communionem, & semper censetur res haberi iure successione primitiua, cuius virtute facta est diuifio, vt probat Carol. Molin. in consuetud. Parisienf. tit. 2. §. 51. num. 11. vbi quod hinc dicitur necessaria alienatio, vt ipse dixit titu. 1. §. 22. questione 22. non tamen vis est in hac qualitate necessaria alienatio, quia quamuis necessaria locum habent illa iura feudalitatis, de quibus ibi agit si est nouus acquiretor; sed vis est in hoc, quod per diuisionem sequentem non censetur fieri noua acquisitio respectu domini directi, & horum iurium a priori acquisitione per successorem, & hereditatis additionem, sed censetur exequutio & distributio portionum, secundam naturam prioris acquisitionis & secundam causam illi ab initio implicitam, quo fit, vt res videatur in eodem statu manere, l. vltima, & ibi late Alexand. & Iaff. ff. de iur. iudic. agatur, ideoque diuifio habet formam & naturam distinctam mediocrum venditionis & permutationis in ea incidentium, vt patet ex toto iure, in quo pro diuersis ponuntur tituli tractatibus & actionibus, diuisionis, venditionis, & permutationis: Ideoque ex diuisione non debetur gabella, quia nihil amplius operatur, quam mediocrum confusio: quod sic hæc fieret in alio contractu, ex quo deberetur gabella necessitas non facit ad rem, de qua agimus, nempe, vt liberet a solutione gabelle: & sic remanet sublatum sufficiens quantum fundamentum patris aduertit.

Quintum etiam cessat ex responsionibus ad cetera fundamenta contracta assignatis, 25 Obseruandum tamen erit in proposito, quod cum quis iure cogitur rem suam iusto pretio vendere, detrimentum gabelle, ex illo iusto pretio soluenda, sibi relaxari debet, ita vt iusto suo pretio, eoque franco res vendita maneat, vt bene probat Lassate de decem vendition. cap. 19. num. 108. qui num. seq. hoc verum intelligit in his rebus, quarum pretium lege aliqua taxatum non sit, alias secus, veluti in frumento hordeo, & aliis fructibus: cum enim ultra pretium definitum lege vilo pacto res hæc vendi non possint, si præter id sibi relaxandum esset damnium gabelle ad se iure expectans, iam ultra taxam reciperet, quod est prohibitum: debet igitur vtrumque contineri intra latitudinem pretij taxati a lege, & ita, inquit, sæpe in facto consuevit, & esse prædicatum.

26 Sæpe iura procedunt in venditione quantumcumque necessaria & coacta: Ceterum vbi

proprie venditio non esset, sed ablatio rei propria, veluti cum Rex sibi aliquid auferret vasallo soluto bono cambio, vel alius dominus inferior Rege in terra sua, vt in casu l. 2. tit. 1. partia. 2. in versiculo: Et si per auentura, gabella non debetur: & ita caute lex illa negotium hoc non appellat emptionem, & venditionem, sed quasi refectionem, & satisfactionem damni illati, & ablatæ rei, non quia necessitas excuset: sed quia efficit eo casu, vt venditio non fit, vt in terminis probat Lassate d. c. 19. n. 107.

S Y M M A R I A.

- 1 Gabella an debeat ex datione insolutum voluntaria, vel etiam necessaria & numeris sequentibus, resoluuntur affirmatiue, num. 4. cum sequentibus in datione in solutum voluntaria: in necessaria vero vide num. 9. cum sequentibus.
- 2 Datio insolutum non est propria, & vera venditio, sed fides, & similitudinaria, sed contra num. 6. & 7.
- 3 Retractus iure sanguinis non habet locum pro re patrimoniali in solutum data, sed contra num. 5.
- 4 Gabella ex iudicialibus venditionibus prius deducenda est, quam satisfiat creditoribus, etiam privilegiatis, & numero 17.
- 5 Datio insolutum pro debito partim vero, & partim falso, est nulla, & num. 19. vbi quod tunc de fructibus, sed vide in numeris sequentibus.
- 6 Datio insolutum redditur nulla, quando res ita data longe plus valet, quam debitum, & numeris sequentibus aliis modis ampliatur.
- 7 Gabella debeat ex datione pecuniarum, pro re immobili, quam quis tenebatur alteri dare, vel irradere: & num. seq. vbi distinguitur.
- 8 Liberatio restatoris facta in fauorem alterius de eo omni, quod sibi debet, non comprehendit id, quod rei venditione ab eo potest emitti.
- 9 Estimatio liti in actione reali constituit, & est pretium, in actione vero personali, est interesse.
- 10 Gabella non debetur ex remissione actione personalis, quam facit actione pro pecuniis recedendo a lite.
- 11 Regula iuris, qua habet, quod qui actionem habet ad rem ipsam habere videatur, intellectu.
- 12 Alio & passio non possunt concurrere in eodem subiecto.
- 13 Alio personalis proprie cedi non potest, ipsi contra quem creditur, quamuis in extraneum cessione transferri possit, si tamen de facto cedatur eidem debitori, nihil aliud operatur, quam liberationem, non vero transmissionem.
- 14 Traditio creditoris instrumenti debiti vni ex correis debendi in solidum, quid operetur?
- 15 Gabella non debetur ex interesse soluto pro genere mutuo dato mora debitoris.
- 16 Gabella an debeat ex datione insolutum pro pecuniis prius mutuo datis?
- 17 Gabella an debeat ex promissione decem in mille dari?

Q V Æ S T

Q V Æ S T I O XXIII.

An ex datione in solutum voluntaria, vel etiam necessaria gabella debeat?

- 1 DE datione in solutum voluntaria, an ex ea gabella debeat primo agamus: Et de hac gabellam non debet, facit nostra l. tit. 17. hoc lib. 9. noua Collecti. Regiæ: ipsa namque agit, & loquitur de venditionibus propriis, verisquæ: dum præcipit, venditores teneri soluere gabellam de eo, quod venderint, non vero de impropiis, & fictis venditionibus, arguendo, l. 3. §. hæc verba cum similibus de negot. g. ff. diximus supra. At quod datio in solutum non est propria, & vera venditio, sed fides, & similitudinaria l. prædium, C. de emption. ibi, nam huiusmodi contractus vicem venditionis obtinet: rex. in l. eleganter, in princip. ff. de dignitat. alio l. in ff. ex quib. caus. possideatur, refert plures Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glof. 1. num. 3. & 4. tenet Montalau. l. 1. 3. verb. Por otra heredad, tit. 10. lib. 3. for. Paril. consil. 11. num. 41. & consil. 190. num. 41. volum. 1. & consil. 82. num. 18. & consil. 102. num. 12. volum. 3. & plures citans consil. 81. num. 32. volum. 2. Rolan. Valle consil. 64. num. 6. & consil. 86. num. 1. lib. 1. Beccius consil. 42. num. 5. & consil. 94. n. 3. & Panierol. consil. 97. n. 3. Laurent. de Pinn. consil. 17. n. 19. Ideoque pro re patrimoniali in solutum data, non habet locum retractus iure sanguinis, alias competens, iuxta opinionem Specul. & aliorum plurimorum autorum, quos congregimus lib. 2. pract. lib. 1. quæst. 17. n. 1.
- 2 Et in terminis, quod ex datione in solutum voluntaria non debeat gabella tenet Ioan. Parlador. lib. 1. ver. quæst. d. 3. §. 2. n. 30. & ante eam Montalau. in d. l. 3. verb. Por otra heredad, in final. verbis, tit. 10. lib. 3.

Nihilominus tamen contraria opinio in praxi, & sic affirmatiua, quod gabella debeat, & soluenda sit ex datione insolutum voluntaria proculdubio tenenda est, cum non solum ex huiusmodi datione in solutum intendatur fieri distractus, sed inde quoque voluntate partium fiat re ipsa vera venditio ex iuribus supra allegatis, nempe d. l. si prædium, cum similibus. C. de emitt. Alias enim mille fraudibus locus fieret, ac proinde retractus quoque ius locum teneret in datione in solutum, iuxta veram, & receptam sententiam, quam late probat plures allegans Martene. in l. 7. gl. 7. num. 2. cum seq. tit. 11. lib. 1. nou. collecti. Reg. & nos retulimus, & proculdubio probauimus, vbi supra, loquentes tam in datione in solutum voluntaria, quam in necessaria, & probat etiam Carol. Molin. in consuetud. Parisienf. tit. 1. §. 13. gl. 5. ex n. 46. cum seq. quæst. 10. Ex communi Doctorum sententia, que habet quod retractus in insolutum pro debito pecuniario non tam est similis venditioni, quam vera, & propria venditio, cum omnia substantialia concurrant, scilicet, consensus, res, & certum pretium, vt notat Bart. & Bald. in d. l. eleganter, in princip. Et proinde quidquid dicitur de emptione & venditione, habere locum in huiusmodi datione in solutum, notant Cyn. Bald. Salye. & Paul. de Castr. in l. libera C. de sentent. & interloc. omni. iudicium, & Imol. consil. 8. n. 7. & alij plures, quos ibi ad hoc citat n. 47. & communem profertur Lassate de decem. c. 7. n. 47. ver. verum: & respectu laudemij idem probat cum alijs Peguera in repet. e. item ne super n. 86. fol. 32. & Gironde de gabell. p. in princip. n. 3. &

latissime plures citans Amodà Ponte in q. l. an d. m. 27. per tot. Et in terminis nostræ gabelle hanc opinionem tenet, & probat Bertachin. in tr. de gabell. 3. membr. 8. par. prin. q. 4. n. 9. vol. rr. diuersi. Doll. Decius consil. 344. applaudens rationem in secundo dubio, n. 3. quem refert & sequitur Gironde de gabell. 5. par. in princip. n. 41. cum sequentibus. & probat latissime Lassate de decem. vendit. 7. n. 1. & n. 47. ver. verum, cum n. sequentibus. vbi n. 48. quod hæc sententia, ultra quod pluribus fundamentis fulciri potest, valde approbata est in hoc Regno, ex longa praxi, que habet, ex datione rei in solutum, pro alia re debita duplicem decimam deberi, quasi permutatio fit, & locum habeat in ea dispositio l. 2. tit. 17. hoc lib. 9. Pro pecuniario vero debito vna decima penditur, quasi ex vera venditione, & quod vix est, vt ab hac opinione queat discedere in iudicando, & consulendo.

Nunc autem videamus de datione insolutum necessaria que fit autoritate iudicis, veluti in casu authentice, hoc nisi debetur, cum similibus. C. de solut. vel quando creditori addicuntur, & ad iudicantur bona debitoris exequutioni subiecta, iuxta stylum l. fin. tit. 2. lib. 5. nou. coll. Reg. & notata in si finita §. posteaquam autem ff. de damn. infect. & l. a diuo Pio §. si pignora ff. de re iudic. Et non debet gabellam in premissa specie probat, & tenet Bertach. vbi sup. n. 10. & Parlador. etiam vbi sup. n. 29. & constat ex adiudicis per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 12. n. 2. & sequens. & per Amod. de Ponte d. q. 17. & tenet Lassate de decem. vendit. d. c. 7. n. 5. vbi n. 54. inquit, hinc se intelligere ortam fuisse comunem praxim, que habet, vt ex adiudicatione rei exequutioni subiectæ in fauorem creditoris facta iuxta textum in d. §. pignora, decima non exigatur: & ita censet tenendum, tamen Gironde de gabell. 5. par. in princip. sub num. 49. contrarium in hoc probet hinc temporibus, iure Regio attendo, & ante eum iure communi respectu laudemij cum alijs probat Tiraquell. vbi sup. num. 14. nempe, gape, gabellam debet in præmissa specie, quod in adiudicatione facta creditori per iudicem exequutionis, venditione iudiciali non facta, minime procedit, quia non est venditio, sed adiudicatio pro debito: sed tantum, quando in publica subhastatione, virtute sententie de remate, plus offerenti, vel licitanti venditur, vt infra statim dicemus.

Secus vero erit, si in publica subhastatione alteri extraneo, aut etiam ipsi creditori plaris licitanti, res illa exequutioni subiecta venderetur: quia tunc pura, & vera venditio contrahitur, ac proinde ex ea iudiciali venditione gabella deberet. Quod tamen fit a iudice in hac specie censetur fieri ab ipso debitore, qui primo debitum sponte contraxit: ideoque pro æque de emptione tenetur, ac si ipse fecisset, l. si ob causam, vbi Barto. ac alij de emptione, & l. si pignora, C. de emptione. & probat late, plures citans Tiraquell. vbi supra num. 13. & respectu laudemij, Amod. vbi supra, & in terminis gabelle, ita tenet Carol. Molin. in consuetud. Parisienf. tit. 1. §. 22. n. 13. ad fin. & Parlador. d. cit. cap. 3. §. 2. n. 9. Gironde vbi supra, sub n. 49. cum sequentibus, Auendan. late resp. 1. 3. n. 4. C. 6. in vers. sed quando virtute contractus, & Lassate d. l. c. 7. sub §. 4. vbi quod hæc distinctio communi practica recepta est, & eam iure communi probat numeris sequentibus, & iure quoque Regio, nempe l. 9. tit. 11. lib. 5. nou. coll. Reg. quæ erat l. 7. c. 7. vbi fit mentio gabelle, ex huiusmodi iudiciali venditione soluenda, & l. 15. tit. 18. hoc lib. 9. per locum ab speciali, &

quatenus de rebus venditis tatione Bullæ Crucia-  
tæ præcipit, gabellam non debent: & num. 56. assigna-  
tionem gabellam in proposito, cur ex adjudica-  
tione bono un creditor facta, gabella non debetur,  
cum tamen ipsa debeatur ex subhastatione  
publica, & in terminis l. si prædium, C. de iustitio-  
nem similit. & supradictam opinionem, tenet etiam  
Molina Theologus de iustitia, & iur. 2. t. mo. d. i. s. i. s. i.  
tatione 566. colum. 2045. in versicul. illud vero, non  
12 tamen debetur itam decima, vique dum capta-  
tur possessio bonorum, secundum Azcued. in l. 1.  
num. 133. tit. 17. hoc lib. 9.

Limitatur primo hæc sententia, vt non procedat,  
13 quando debitor, in quem facta est executio, soluit  
debitum intra tres dies, postquam subhastatio  
facta est rerum mobilium, & intra nonem dies  
rerum immobilium, qui termini iuxta consuetu-  
dinem huius Regni dantur huiusmodi debitori  
ad lucendam res suas sic per executionem subha-  
stas, y rematadas, & vulgo dicitur, de qua  
longa consuetudine restantur nostrates, quos recu-  
li, & sequutus sui libri. 2. Practicar. quæstion. 161.  
num. 2. & aliquos postea retulit, & sequitur Lassar.  
dist. cap. 7. num. 17. Hac namque in specie hoc est si  
debitor soluat debitum intra quemlibet doctorum  
terminorum, respectu gabella non debetur, vt  
14 recte probant Lassar. vbi supra, dum tamen se-  
cundum ipsum ibi num. 58. non idem dicatur in ca-  
sibus, in quibus extra præd. tempora superiores  
iudices decreverunt, solum debitor creditori per de-  
bitorem, restituenda esse sua bona subhastata ac  
vendita, quia cum illud fiat ex gratia potius quam  
ex iure, vt bene notat Couar. lib. 2. var. resol. cap. 1.  
num. 3. prædicari non debet gabellario, cui ins-  
quæritum est, legitimo tempore transactio: vt in-  
sequitur Azcued. in d. l. tit. 17. num. 133. &  
134. hoc lib. 9.

Quod verum intelligo, nisi executio pro nulla  
iudicetur, & omnia inde sequuta pro talibus re-  
uocentur & annullentur, & bona per executionem  
capta libere absque iustibus executionis inbeantur  
reo restitui cum fructibus, tunc namque cum ex  
iure, & iustitia exigente hoc fiat ex præd. executio-  
ne & venditione iudiciali nulla à principio, & pro-  
tali declarata, nulla decima debebitur, iuxta resolu-  
ta supra quæstio. 9. num. 1. cum seqq. & gabella exacta  
prius repeti poterit à gabellario.

Quod si bona per superiores inbeantur restitui  
debitori, solum debitor intra quadriennium propter  
lesionem ultra dimidiam iusti pretij probatam, vel  
præsumptam iuxta communem Castellæ stylium  
& praxim, vt per Manel. in l. 2. nu. 31. C. de rescind.  
vend. & nos lib. 2. Pract. d. quæst. 161. num. 3. rescissa  
venditione ex remedio gabella debebitur, vt resolu-  
tibus supra, quæst. 12. num. 3. & in terminis tenet  
Lassar. d. num. 5. ad fin. & iuxta præd. resolutionem  
intelligendum est Molin. Theolog. vbi supra colum.  
2045. versicul. illud vero: ibi, tamen, & dicens ge-  
neraliter, quod si iuxta præscriptum legis res ha-  
beatur pro inempta, reddendaque debitori sit in  
enent, quod debitor intra certum tempus debitum  
soluat, non debebitur tributum illud gabellæ, sed à  
gabellario est redendum, si id iam recepit, nempe,  
vt in hoc sentimus distinctionem supra traditam ex  
Molino & aliis, & nostram sublimitationem, de  
qua supra ibi, quod verum intelligo.

16 Observandum est præterea in proposito, nempe  
in huiusmodi iudicialibus venditionibus, in qui-  
bus locum fore gabellæ dictum est, prius deducen-  
dam esse gabellæ quantitatem, & ex reliqua pecu-  
nia satisfaciendum esse creditoribus pro qua parte

sufficiat: nam patrimonij quantitas computatur,  
deducto eo quod explicandam venditionum  
causam in proxiorens, preconiis & gabellis im-  
penditur, quantitas, & ibi gloss. & Doctores, ff. ad l.  
Falcid. & l. quod privilegium versicul. plane, ff. de pesti.  
aliud vero erit in decima executionis propter tex.  
expressum in l. 7. tit. 21. lib. 4. Nonæ Collectionis Re-  
gie, vt vtrouque, & hoc vltimum contra Anendum  
c. 17. præter n. 10. lib. 1. probat, & tenet Azcued. in l.  
1. n. 135. tit. 17. hoc lib. 9. Lassar. d. c. 7. n. 59. & Molin.  
Theol. g. vbi supra, de colum. 1045. versicul. pulchram  
vero. hoc quæst. de gabella verum esse intelligit, &  
probat Lassar. vbi supra, etiam quantumcumque  
privilegiatum & hypothecatum sit debitum, illud,  
pro cuius solutione est facta executio, quia adhuc  
prius est soluenda gabella gabellario, quam priori  
creditori si liceat satisfiat ex principali debito.

Secundo limitatur præfata principali sententia  
vt procedat, & intelligatur in datione in solutum  
facta iusto pretio, & pro vero debito in totum:  
Nam t si pro debito partim vero, & partim falso  
res in solutum data sit, nulla erit hæc datio in so-  
lutam, ac proinde hæc contractus non obtinebit vi-  
cem venditionis, l. si non sortem. S. si centum. ff. de  
cond. indeb. cuius hæc sunt verba: si centum debens,  
quasi ducenta deberent fundum ducentorum solui  
competere repetitionem Marcellus lib. 20. Digestorum  
scribit & centum maner stipulationem: licet enim  
placuit rem pro pecunia solutam parere liberatio-  
nem, tamen si ex falsa debeti quantitate maioris pre-  
ij res soluta est, non fit confusio partis rei cum pecu-  
nia, nemo enim iniustus compellitur ad communionem:  
Constat igitur ex hoc tex. dationem in solutum  
pro maiori pretio factam, quam recura deberetur,  
in totum nullam fuisse, & ita ibi tradunt in termi-  
nis per illum tex. Bar. n. 6. dicens, multum tenen-  
dum menti pro dationibus in solutum, quæ sunt  
tota dies per iudices, quod si in aliquo minimo re-  
periat in plus facta, vitiat in totum, & sic fru-  
ctus interim percepti debent restitui, vel computari  
in sortem ad eam extenuandam, Paul. Castri. lib. 2.  
& Alex. n. etiam 2. vbi, quod sequuntur communi-  
ter DD. Ial. & Dec. in l. cum amplius, ff. de reg. iur.  
Bald. in l. certi conditio, col. 4. versicul. secundo si inde  
num. ff. si cert. per. Roman. consil. 1. 54. lib. n. 12. idem  
Deci. consil. 587. sub n. 5. ad fin. cum aliis ab ipsis ci-  
tatis, qui dicunt, totam dationem in solutum vitia-  
ri, si apparuerit minus deberi, etiam vno aureo,  
quam esset verum creditum. Et ratio est, quia si pars  
tantum reuocaretur, sequeretur prædicta manere  
communis inter contrahentes, ipsis iniuris, quod  
esse non debet, sequuntur etiam Pancirol. consil.  
142. n. 6. & Laur. de Pinu. consil. 93. n. 12. & consil.  
69. num. 11. Ergo si in hac specie datio in solu-  
tum in totum vitiat, & est nulla, non, debetur  
gabella.

Quod si sequamur opinionem tenentium, hu-  
iusmodi dationem in solutum vitari tantum pro  
parte, pro qua non est verum, nec iustum pre-  
tium, & pro alia parte valere, idem erit adhuc di-  
cendum respectu gabellæ, vel pro parte, quæ va-  
leat datio in solutum, debeatur gabella, pro parte  
vero, pro qua non valet, non debeatur gabella:  
hanc autem distinctionem, nempe, vt datio in  
solutum iudicialis facta per iudicem ex officio ul-  
tra veram crediti quantitatem, quod saltem pro  
non concurrenti quantitate reuocetur, & fructus  
percepti huius partis in sortem imparetur, tenet  
Baptist. Martian. consil. 89. num. 21. citans Bald. in d.  
Leorti conditio. §. quoniam, col. ff. si cert. per. ad hoc,  
quod missio in possessionem facta per in hanc de  
credito

credito pro parte vero, & pro parte falso, in totum  
vitari, vel saltem secundum aliam opinionem  
vtrouque, & magis communem in d. §. si centum,  
annullatur tantum pro parte excessiva, vt alibi  
etiam voluit Bald. in l. cum apud, colum. 2. n. 7. Cod.  
de bon. auct. iud. possid. cum aliis concordant, alle-  
gatis per Cæsar. Donum Mutilianen. in suo vber-  
rimo consil. incip. circa processum, n. 36. cum pluribus  
sequentibus. Hæc Baptist. Martian. vbi supra. Ean-  
dem sententiam etiam sequitur decif. Rotæ Ge-  
nuens. 13. n. 36. dicens, quod t licet adjudicatio fac-  
ta per iudicem plus debito in totum vitietur, se-  
cus erit in datione in solutum facta à parte, quia  
hæc valet etiam, quod res in solutum data plus  
valuerit (vt quia ætimate fuisse in æstimatione)  
ex quo debitor tanti æstimate videtur rem suam,  
vt inquit Paul. de Castren. in d. §. si centum, quem  
refert & sequitur ibi Alexand. n. 3. idem Castren.  
in l. a dno Pio §. si pignora, ff. de re iudic. & ibi Ial.  
colum. 2. versicul. 2. Addit Rota Genuens. ibi, quod va-  
leat etiam datio in solutum, nullo constituto pre-  
tio in totum metretis olei pro parte debiti, & sic pro  
dimidia, iuxta l. nomen filiorum, §. portiones, ff. de  
verbor. significatib. sicut valet, quando simpliciter  
facta est, quia intelligitur pro toto debito se-  
cundum communem, teste Alexand. in d. §. si pig-  
nora, n. 24. tamen si Philip. Dec. d. consil. 587. n. 5.  
teneat dationem in solutum ab arbitrio factam lau-  
do pro pluribus summis debitis ei, cui adjudicatio  
facta fuit, si debitis non expressis, esse nullam,  
tanquam ex hitto pro, & sine causa cognitione fa-  
ctam. Quid tenendum circa hanc diversitatem  
opinionum?

Et profecto in puncto iuris veterior videtur pri-  
ma omnino in terminis supra positus per tex. in d. §.  
si centum. qui euitari commode non potest: imo  
coniungendo eam cum decif. Bartol. & Doctorum,  
habet locum, sine datio in solutum fiat à parte, si-  
ue à iudice, nempe, vt in totum vitietur, si in ali-  
quo minimo non sit debitum, secundum Ial. & ibi,  
n. 2. Concordat tamen hæc opinionem, Bald. in cap.  
quoniam frequenter, §. si autem, in 1. colum. n. 2. vt  
lice non consistat, quod tex. in d. §. si centum, & no-  
tabile Doctorum ibidem hoc est præfata commu-  
nis opinio procedat, quando eratum est in summa  
debiti principalis, quod erat de centum, & crede-  
batur esse ducenta. Si autem totum debitum esset  
verum, sed erraretur in æstimatione rei, quæ tradi-  
tur in solutum, tunc valeat pro rata concurrentis  
debiti, & reliquum repetitur, & in hac specie  
procedat secunda opinio Paul. de Castri. vbi supra,  
licet adhuc ratio assignata in d. §. si centum,  
quam supra retulimus, fortiter refragetur in vtro-  
que casu.

Nihilominus tamen in praxi pro resolutione  
huius articuli, ita distinguendum est, vt prima opi-  
nio procedat quando datio in solutum fit à iudice  
pro debito partim vero, & partim falso, tunc  
enim nulla est in totum: secus vero erit, quando  
datio in solutum fit à parte, & non fuit erratum in  
summa debita: Tunc enim valet datio hæc esto,  
quod res data in solutum valeat plus, ex quo de-  
bitor videtur tanti æstimate rem suam, & ideo  
non debet rescindi, vt tenet Paulus de Castro in  
d. §. si pignora, & ibi Alexand. num. 26. Bartol.  
& Ial. in d. versicul. secundo supra citati,  
quos sequitur Paul. Parif. consil. 81. num. 36. 37.  
& 38. volum. 2. Et sic quamuis debitor sit de-  
ceptus in hoc casu, debetur gabella, sed in  
priori specie huius distinctionis, cum in totum  
datio in solutum vitietur, ipsa non debebitur, &

præterea, quia quando bona addicuntur à iudice  
creditori pro suo debito, etiam gabella non debe-  
tur, vt supra resoluimus, n. 9.

Similiter, & datio in solutum redditur nulla, 24  
quando res ita data, longe plus valet, quam sit  
summa, & quantitas pro qua in solutum data  
fuit, secundum Parif. d. consil. 81. num. 24. vo-  
lum. 2. præmaxime si pretium d. rei excedit ven-  
ditatem eius quantitatis, pro qua fuit in solu-  
tum data, vt ibidem, num. 25. & t præcipue si  
25 datio in solutum fuit facta simpliciter, & non fla-  
tato, nec limitato pretio certo, vt ibidem,  
num. 26. quo casu saluatur, & procedit opinio  
Decij d. consil. 587. numero quinto, supra relata.  
Idem t si possessio fuit assignata loco pignoris, 26  
hypothecæ, & non in solutum data, vt per Parif.  
vbi supra, num. 26. Quinimo, t in datione in so-  
27 lutum ex coniecturis iudicatur, an sit pignus, vel  
venditio vt inquit Socin. consil. 93. colum. 3. & 4.  
volum. 1. quem refert, & sequitur Paul. Parif. consil.  
54. num. 82. volum. 1. t addens, quod etiam da-  
28 tio in solutum iudicatur fœneratiua, & simula-  
ta ex coniecturis, potissime quando concur-  
runt illa tria, pactum de reuocando, pre-  
tium iniustum, & quod contrahens huiusmodi  
solutus sit fœnerari. In his ergo casibus cum da-  
tio in solutum non sit venditio, vel iudicatur fœ-  
neratiua & simulata, ex ea non debebitur ga-  
bella.

Sed quid erit dicendum, quando quis tenetur ad  
29 dandum, & tradendum alteri rem aliquam immo-  
bilem, & loco eius daret pecunias, vt in præd. obliga-  
tione rem dandi liberetur an sine debeatur gabella  
Et videtur non deberi, quia hic potius agitur di-  
stractus ex quo non debetur gabella, quam con-  
tractus: igitur, &c.

Nihilominus tamen in hac specie distinguen-  
dum esse censo in actione reali, & personali cessa,  
& sic constituo duos casus.

Primus est in actione reali cessa, nempe, vt si  
30 quidem rem, quam ego possideo, rei vendicatione  
à me petatur, & sic actione reali, & pecuniis  
à me traditis mihi ceditur eadem res, & sic titulus  
eius, vel si non res ipsa, saltem actio realis, & ita  
alteri competens mihi creditur tunc quidem erit  
idem, quod venditio, ac proinde gabella debe-  
bitur, quia cedens recipit à me pretium res-  
pectu dominij eiusdem rei cessa, vel iuris ip-  
sius cedentis, l. eius rei 47. de rei vendic. eius  
rei (inquit Paulus Iurif. consultus) qua per in rem  
actionem petita tanti æstimate est, quantum in  
litem actor iurauerit, dominium statim ad posses-  
sorem pertinet, transgresso enim cum eo, & deci-  
disse videor eo pretio, quod ipse constituit: Neque  
obstat, quod de transactione non debetur ga-  
bella, sed tantum de venditione & permutatione,  
iuxta l. huius Regni, quia respondemus, quod  
quando ex transactione fit cessio rei petite per  
rei vendicationem, vel cedunt ipsa actio realis,  
aut ius reale in rem competens, tunc virtualiter  
adeft ibi emptio & venditio, ac proinde ex ea de-  
betur gabella, vt infra latius probauimus, & di-  
cemus in quæstione, de transactione. Sicque cessat  
ratio in contrarium supra adducta, nempe, quod  
in quæstione præmissa potius fiat distractus quam  
contractus: si enim vtrouque, nec solum agitur  
de liberatione rei, conuenit à lite mota, sed  
etiam de cessioe ipsius, vel iuris realis aditus  
pretio conuena. Præterea ille à quo aliquid peti-  
tur actione reali, non dicitur debitor, sed rei  
petite possessor, vt per Angel. Arctin. in §. 1.

G 2

quatenus de rebus venditis tatione Bullæ Crucia-  
tæ præcipit, gabellam non debent: & num. 56. assigna-  
tionem gabellam in proposito, cur ex adjudica-  
tione bono un creditor facta, gabella non debetur,  
cum tamen ipsa debeatur ex subhastatione  
publica, & in terminis l. si prædium, C. de iustitio-  
nem similit. & supradictam opinionem, tenet etiam  
Molina Theologus de iustitia, & iur. 2. t. mo. d. i. s. i. s. i.  
tatione 566. colum. 2045. in versicul. illud vero, non  
12 tamen debetur itam decima, vique dum capta-  
tur possessio bonorum, secundum Azcued. in l. 1.  
num. 133. tit. 17. hoc lib. 9.

Limitatur primo hæc sententia, vt non procedat,  
13 quando debitor, in quem facta est executio, soluit  
debitum intra tres dies, postquam subhastatio  
facta est rerum mobilium, & intra nonem dies  
rerum immobilium, qui termini iuxta consuetu-  
dinem huius Regni dantur huiusmodi debitori  
ad lucendam res suas sic per executionem subha-  
stas, y rematadas, & vulgo dicitur, de qua  
longa consuetudine restantur nostrates, quos recu-  
li, & sequutus sui libri. 2. Practicar. quæstion. 161.  
num. 2. & aliquos postea retulit, & sequitur Lassar.  
dist. cap. 7. num. 17. Hac namque in specie hoc est si  
debitor soluat debitum intra quemlibet doctorum  
terminorum, respectu gabella non debetur, vt  
14 recte probant Lassar. vbi supra, dum tamen se-  
cundum ipsum ibi num. 58. non idem dicatur in ca-  
sibus, in quibus extra præd. tempora superiores  
iudices decreverunt, solum debitor creditori per de-  
bitorem, restituenda esse sua bona subhastata ac  
vendita, quia cum illud fiat ex gratia potius quam  
ex iure, vt bene notat Couar. lib. 2. var. resol. cap. 1.  
num. 3. prædicari non debet gabellario, cui ins-  
quæritum est, legitimo tempore transactio: vt in-  
sequitur Azcued. in d. l. tit. 17. num. 133. &  
134. hoc lib. 9.

Quod verum intelligo, nisi executio pro nulla  
iudicetur, & omnia inde sequuta pro talibus re-  
uocentur & annullentur, & bona per executionem  
capta libere absque iustibus executionis inbeantur  
reo restitui cum fructibus, tunc namque cum ex  
iure, & iustitia exigente hoc fiat ex præd. executio-  
ne & venditione iudiciali nulla à principio, & pro-  
tali declarata, nulla decima debebitur, iuxta resolu-  
ta supra quæstio. 9. num. 1. cum seqq. & gabella exacta  
prius repeti poterit à gabellario.

Quod si bona per superiores inbeantur restitui  
debitori, solum debitor intra quadriennium propter  
lesionem ultra dimidiam iusti pretij probatam, vel  
præsumptam iuxta communem Castellæ stylium  
& praxim, vt per Manel. in l. 2. nu. 31. C. de rescind.  
vend. & nos lib. 2. Pract. d. quæst. 161. num. 3. rescissa  
venditione ex remedio gabella debebitur, vt resolu-  
tibus supra, quæst. 12. num. 3. & in terminis tenet  
Lassar. d. num. 5. ad fin. & iuxta præd. resolutionem  
intelligendum est Molin. Theolog. vbi supra colum.  
2045. versicul. illud vero: ibi, tamen, & dicens ge-  
neraliter, quod si iuxta præscriptum legis res ha-  
beatur pro inempta, reddendaque debitori sit in  
enent, quod debitor intra certum tempus debitum  
soluat, non debebitur tributum illud gabellæ, sed à  
gabellario est redendum, si id iam recepit, nempe,  
vt in hoc sentimus distinctionem supra traditam ex  
Molino & aliis, & nostram sublimitationem, de  
qua supra ibi, quod verum intelligo.

16 Observandum est præterea in proposito, nempe  
in huiusmodi iudicialibus venditionibus, in qui-  
bus locum fore gabellæ dictum est, prius deducen-  
dam esse gabellæ quantitatem, & ex reliqua pecu-  
nia satisfaciendum esse creditoribus pro qua parte

credito pro parte vero, & pro parte falso, in totum  
vitari, vel saltem secundum aliam opinionem  
vtrouque, & magis communem in d. §. si centum,  
annullatur tantum pro parte excessiva, vt alibi  
etiam voluit Bald. in l. cum apud, colum. 2. n. 7. Cod.  
de bon. auct. iud. possid. cum aliis concordant, alle-  
gatis per Cæsar. Donum Mutilianen. in suo vber-  
rimo consil. incip. circa processum, n. 36. cum pluribus  
sequentibus. Hæc Baptist. Martian. vbi supra. Ean-  
dem sententiam etiam sequitur decif. Rotæ Ge-  
nuens. 13. n. 36. dicens, quod t licet adjudicatio fac-  
ta per iudicem plus debito in totum vitietur, se-  
cus erit in datione in solutum facta à parte, quia  
hæc valet etiam, quod res in solutum data plus  
valuerit (vt quia ætimate fuisse in æstimatione)  
ex quo debitor tanti æstimate videtur rem suam,  
vt inquit Paul. de Castren. in d. §. si centum, quem  
refert & sequitur ibi Alexand. n. 3. idem Castren.  
in l. a dno Pio §. si pignora, ff. de re iudic. & ibi Ial.  
colum. 2. versicul. 2. Addit Rota Genuens. ibi, quod va-  
leat etiam datio in solutum, nullo constituto pre-  
tio in totum metretis olei pro parte debiti, & sic pro  
dimidia, iuxta l. nomen filiorum, §. portiones, ff. de  
verbor. significatib. sicut valet, quando simpliciter  
facta est, quia intelligitur pro toto debito se-  
cundum communem, teste Alexand. in d. §. si pig-  
nora, n. 24. tamen si Philip. Dec. d. consil. 587. n. 5.  
teneat dationem in solutum ab arbitrio factam lau-  
do pro pluribus summis debitis ei, cui adjudicatio  
facta fuit, si debitis non expressis, esse nullam,  
tanquam ex hitto pro, & sine causa cognitione fa-  
ctam. Quid tenendum circa hanc diversitatem  
opinionum?

Et profecto in puncto iuris veterior videtur pri-  
ma omnino in terminis supra positus per tex. in d. §.  
si centum. qui euitari commode non potest: imo  
coniungendo eam cum decif. Bartol. & Doctorum,  
habet locum, sine datio in solutum fiat à parte, si-  
ue à iudice, nempe, vt in totum vitietur, si in ali-  
quo minimo non sit debitum, secundum Ial. & ibi,  
n. 2. Concordat tamen hæc opinionem, Bald. in cap.  
quoniam frequenter, §. si autem, in 1. colum. n. 2. vt  
lice non consistat, quod tex. in d. §. si centum, & no-  
tabile Doctorum ibidem hoc est præfata commu-  
nis opinio procedat, quando eratum est in summa  
debiti principalis, quod erat de centum, & crede-  
batur esse ducenta. Si autem totum debitum esset  
verum, sed erraretur in æstimatione rei, quæ tradi-  
tur in solutum, tunc valeat pro rata concurrentis  
debiti, & reliquum repetitur, & in hac specie  
procedat secunda opinio Paul. de Castri. vbi supra,  
licet adhuc ratio assignata in d. §. si centum,  
quam supra retulimus, fortiter refragetur in vtro-  
que casu.

Nihilominus tamen in praxi pro resolutione  
huius articuli, ita distinguendum est, vt prima opi-  
nio procedat quando datio in solutum fit à iudice  
pro debito partim vero, & partim falso, tunc  
enim nulla est in totum: secus vero erit, quando  
datio in solutum fit à parte, & non fuit erratum in  
summa debita: Tunc enim valet datio hæc esto,  
quod res data in solutum valeat plus, ex quo de-  
bitor videtur tanti æstimate rem suam, & ideo  
non debet rescindi, vt tenet Paulus de Castro in  
d. §. si pignora, & ibi Alexand. num. 26. Bartol.  
& Ial. in d. versicul. secundo supra citati,  
quos sequitur Paul. Parif. consil. 81. num. 36. 37.  
& 38. volum. 2. Et sic quamuis debitor sit de-  
ceptus in hoc casu, debetur gabella, sed in  
priori specie huius distinctionis, cum in totum  
datio in solutum vitietur, ipsa non debebitur, &

num. 11. & inst. de action. & Capitul. de creditoribus oppos. ff. de verbor. significacionibus. Alexan. in l. 1. num. 50. ff. si cert. per. Vnde t est, vt liberatio à testatore facta in fauorem alterius de omnino eo, quod sibi debet, non comprehenditur, nec includit illud quod ille debitor possidet, & ab eo potest rei vendicari, quia hic talis dici non potest proprie debitor: sed detentor & possessor, l. Amel. §. Mentia ff. de libera legal. Officiarius, ff. de legat. 3.

32 Cui accedit, quod estimatio litis in actione reali constituitur, & est pretium: in actione vero personali est interesse, vt inquit Bald in litem si fundi, quæst. 5. colum. 1. ff. de usufruct.

33 Ceterum si actor actione reali nihil cessit, nec titulum possessoris præbuit, aut loco sui posuit, sed solum à lite recessit, obligauitque se ad non petendum: erit tantum simplex transactio, ex qua non debetur gabella, vt dicemus late infra in questione de transactioe.

Secundus casus principalis est in actione personali, nempe quando possessor rei est dominus ipsius rei non vero actor, qui tantum eam petit à possessore actione: personali, & vt possessore, qui forte actione prædicte, personali, tenebatur actori eam rem tradere, seu dare, & vt ab ea lite, & actione personali liberaretur, transactioe inita inter partes actor dedit pecuniam: & in hac specie gabellam non deberi constat, quia non est datio in solutum: in ea namque rem dans, & ipsius rei dominus, vel vt talis eam tradit, & non domino tradit, & meum transfert dominium, vel vscapiendi conditionem: & præterea dans rem in solutum tenetur de euictione, atque pretium recipit pro eadem re, hoc est, quod ipse debebat, vel liberationem eius, non vero interesse, nihil itaque in datione in solutum ad venditionem desiderat de substantialibus, aut naturalibus ipsius contractus: At nostro casu actor nihil facit ex prædictis, quinimo licet antea res fuerit mea, si eam in alium transiit, amplius non dicitur mea, quamuis postea ille mihi eam debeat actione personali, Quintus Mutius, & ibi glossa, & l. scribit in principio, ff. de auro, & argent. leg. & ideo non possum eam habenti dare, nec tradere, nec transiere dominium, quod non habeo, nec causam præscribendi eidem concedere, quia ipsemet debitor eam possidet, dominusque eius est: hic itaque contractus non mutat dominium rei, quia dominus remanet cum ea, nec valet, vt venditio, quia rei propria emptio non constituit, l. si debitor rei. ff. de contrahend. emptio. l. debitor. ff. de pignori. actio. Vnde ex eo contractu creditor ad euictionem non obligatur, sed tantum, quod actio personalis vera sit ad hoc, vt datum pro ea, indebitum non dicatur, ac proinde repeti non possit conditione indebiti: Datur igitur pecunia ratione actionis personalis, quam actor ad rem habet. Creditor ergo nihil dat ex sua parte, sed facit, hoc est, præstat liberationem, & dissolutionem, & distractionem actionis personalis, quam habebat, quia liberatio est factum, non vero datio, vt in §. sed, & tale instituta, de legat. qui enim liberat, remittit non vero dat, l. Julianus in parua, ff. de condit. & demonstrat.

34 Nec supra dictis obstat regula iuris, quæ habet, quod qui habet actionem ad rem, ipsam habere videtur: hoc enim improprie procedit, & per fictionem ad alios effectus: Vere namque multo minus est habere actionem ad rem, quam rem

ipsam, minus ff. de regul. iur. nimirum quæ estimatur actio, quam res ipsa, vt per Doctores, in l. per diuersas, C. mandari. late per Tiraqueum de retract. conuent. §. 2. gloss. vnie. num. 48. At in materia gabellarum, de qua agimus, quia est stricta, & odiosa proprietatis, contractus venditionis attendendus est, vt saepe iam diximus: Ergo ex liberatione actionis personalis ad rem gabella non debetur: Et quamuis prædicte liberatio, & extinctio actionis personalis facta debitori, improprie dicatur aliquando cessio non enim t actio, & passio possunt concurrere in eodem subiecto, vt notatur in l. si vxor tua, C. de bon. autho. ind. possid. Carol. Molino in consuetud. Paris. tit. 1. §. 13. sub numero 56. ac t proinde actio personalis proprie cedi non possit ipsi, contra quem ceditur, quamuis in extraneam cessione transferri possit: tamen si de facto cedatur eidem debitori, contra quem competit, nihil aliud operatur quam liberationem non vero transmutationem, secundum Bald. in l. 1. quæstio. 1. num. 22. C. de action. & obligat. per tex. in l. si sponsalibus in fin. ff. de iur. dot. & ibi gloss. quia debitor in se ipsum non habet actionem: Hinc t est, vt traditio creditoris instrumenti debiti vni ex correis debendi in solutum facta, operetur contra alterum correum cessione, & respectu illius, cui fit traditio liberatione, secundum Alexan. in l. Labeo, num. 10. post Bartol. ibi num. 5. ff. de pact. & iuxta supra dictam distinctionem debet intelligi, quod simpliciter, & indistincte dixit Parlariorum, vt in quod. libro primo, cap. 3. §. 2. num. 3. nempe ex litis estimatione, sicut nec ex transactioe vctigal non debetur.

35 Similiter obseruandum erit, quod si genere mutuo dato, non illud, sed estimatio reddatur propter moram debitoris, iuxta materiam l. vinum, ff. si cert. per. & l. s. rimo. 1. par. 5. ff. de pact. non debetur in hac specie gabella, quia ea estimatio non ex mutuo consensu debitoris & creditoris, sed ex natura contractus mutui proficiscitur, & soluitur: nisi frans aliqua occultandæ venditionis eo mutui colore, ex aliquibus coniecturis detegatur, quia tunc id, quod vere actum erit celebrabitur ex 11. titulo 17. hoc libro nono, & in terminis probat Lassar. de decim. vendic. cap. 1. n. 16.

36 Illud autem dubitari contingit in proposito an ex datione in solutum pro pecuniis prius mutuo receptis debeat gabella: Ratio dubitandi est, ex doctrina Bartol. in l. 2. in principio, numero 3. ff. si cert. per. quæ habet: quod si ab initio soluantur pecuniam, & postea pro illa pecunia soluantur mihi species quadam de mea voluntate, nihilominus satisfiet mutuum, sequitur, alios allegans, Purpurat. ibi num. 18. Sed ex contractu mutui non debetur gabella, sed tantum ex contractu venditionis, & permutationis, vt in l. 1. & 2. tit. 17. hoc lib. 9. Ergo, &c.

Nihilominus tamen in specie præmissa contrarium probo ex supra resolutis in hac questione in datione in solutum voluntaria, vbi quo modo hoc sit intelligendum declarauimus. Neque obstat doctrina Bart. supra in contrarium adducta, quia fatemur, eam veram esse: sed procedere respectu prioris contractus mutui, cuius natura non mutatur per dationem in solutum subsequentem & sic per distractum. Et ita debemus dicere, quod iuxta doctrinam Bart. sit mutuum, inspecto tempore præterito: quicumque namque actus superueniens non potest facere, quod mutuum non dicatur, quod semel contractum est, l. 1. §. si vir. ff. de acquir. possessio. sed post solutionem mutui,

mutui, obligatio finietur vt in princip. inst. quibus mod. tollitur obligatio, & ideo cum in iudicio Bartol. inquit, mutuum fuisse, ita declarat eius conclusionem Purpurat. vbi supra sed quamuis prior contractus non alteretur, non ideo tamen definit nasci atque oriri ex prædicte datione in solutum nouus contractus, quando solutio fit in alia re, quam debita, quia nec solui debetur, nec recipi in illa specie, absque noua partium conventionione, tunc enim hæc solutio non est simplex distractus, sed ex ea nouus contractus celebratur, vt tenet Bald. in l. 3. §. contrarium. ff. de contrar. iudic. tutel. qui nouus contractus vicem venditionis obtinet vt in l. si pradium, C. de euictio. cum similit. ex qua iuste gabella debetur vt supra probauimus.

40 Sed quid erit dicendum de promissione decem in melle dari, vt in specie, l. si quis ita stipulatus 57. ff. de soluti. si semel soluitur ante quam decem petita fuerint, an in hac specie aliud pro alio solutum sit, ac proinde decima debeatur? agit latissime Lassar. de decim. vend. cap. 7. num. 3. cum pluribus sequentibus, & distinguit duos casus.

Primus est quando hæc stipulatio interposita est, nouandæ alterius obligationis causa, veluti, si cum mihi deberes decem in pecunia, sic stipulatus sum à te nouandi animo, vt pro ea pecunia decem cados mellis mihi dares, & tunc gabella non debetur, sequitur Molin. Theolog. in 2. tomo, de iustitia & iure. disputatio. 59. colum. 1998.

Secundus casus est, quando stipulatur prædicte, ex causa donationis, & sic lucratiua contrahitur, nec ab alia præterea obligatione pendet: in quo late philosophatur Lassar. plures casus distinguens circa intellectum d. l. si quis ita stipulatus, & tandem circa questionem gabellæ an debeatur in hoc secundo casu, consule nimis procedit præter morem, nec aperit questionem: Ego vero censeo, in hoc secundo casu gabellam quoque non deberi, cum ex donatione ipsa non debeatur & soluitur, quod promissum fuit à principio.

SUMMARI A.

- 1 Gabella an debeatur ex constituto quando me constitui debitorem ad soluendum Petro in frumento certam quantitatem pecuniarum, quam ei debebat Ioannes, & numeris sequentibus.
2 Gabella non debetur in præmissa specie, quando prædicte constitutum fuit factum contra voluntatem & prohibitionem debitoris, vel alias, quando non competit constituti actio, vel recursus ad repetendum à debitore, quod pro ipso soluerit.
3 Gabella an debeatur in præmissa specie, quando solvens est habiturus, regressum contra debitorem?

QVÆSTIO XXIV.

An ex constituto debeatur gabella;

Q Vero: Ergo me constitui debitorem ad soluendum Petro in frumento certam quantitatem pecuniarum, quam ei debebat Ioannes, an debeatur gabella ex hoc constituto, & solutione eius vitare facta? Licet enim respectu meæ obligationis, & solutionis non resoluat vlla datio in so-

lutum, quia eandem rem à me promissam solui, ac non aliam, atque ideo videbatur gabellam non deberi: nihilominus respectu pecuniarum à Ioanne Petro debitum adest datio in solutum, quia loco pecuniarum soluitur frumentum, ex quo venditio contrahi videtur.

Quare pro decisione huius questionis distinguendos esse censeo duos casus. Primus est, quando ego me constitui debitorem pro Ioanne contra ipsius voluntatem & prohibitionem, vel alias, ita, vt mihi non competat actio, vel recursus contra ipsum ad exigendum ab eo, quod soluerim, vt in casu l. si pro te. ff. mandati. & in l. final. C. de negot. gest. & tunc nulla gabella debetur, quia Ioannes primus debitor noluit celebrari hoc constitutum soluendi triticum, & ita non fuit venditor, nec etiam constituens aliquid venditum, nec vllum pretium tritici recepit, sed potius videtur Ioannem gratuito liberare à sua obligatione, & sic eidem donare, quam triticum suum vendere.

Secundus casus est, quando ego me constitui debitorem pro Ioanne in prædicte specie, habiturus sum regressum contra ipsum, quia non asuit eius contradictio, vel si contradixit, sero id fecit, nempe, post constitutum, & non ante: ita quod nihil operata sit huiusmodi contradictio, vt in l. vtrum ff. de constit. pecun. & in hac specie habeo vnum ex duobus remedijs contra Ioannem, vel actione mandati, si coram eo, vel eius mandato, vel negociorum gestorum, si eo inficio & ignorante me constitui debitorem pro eo, & solui iuxta dict. l. vtrum: quo fit, vt in priori specie, nempe cum competit mihi actio mandati aduersus Ioannem, debeat gabella, & sit soluenda ab eodem Ioanne, non vero à me, quia ipse huiusmodi dationem in solutum facere videtur: non vero ego, cum tantumquam ipsius procurator fideiussor, vel mandatarus, eius nomine, scientia, & conuictoria, id fecerim, lex mandato, ff. mandati, & l. qui partitur, ff. eodem titulo, & l. si fideiussor, Cod. eodem titulo, & ideo competit mihi actio eisdem ad aliud triticum recuperandum, potius quam pecunia.

In altera vero specie, quando ex venditione frumenti, mihi non competit actio mandati, sed negociorum gestorum, quia in absentia Ioannis, & absque eius scientia, & consensu me pro debitore constitui Petro ad soluendum pro pecuniis ei à Ioanne debitis, vt in dict. l. vtrum, ff. de constit. pecun. & tunc si Ioannes ratum habuit constitutum, & solutio, vt præmittitur, fuit facta in frumento, ipse Ioannes debet gabellam, quia satisfactio retractatur, & mandato comparatur, vt in regula iuris: quod si Ioannes constitutum, vel solutionem non ratificauit, gabella debetur, & ego eam solvam, non vero Ioannes, nec ipse tenebitur mihi soluere triticum, sed pecunias à se principio debitas, quia illud soluere non mandauit, nec constituto pro se facto consensit, nec illud postea ratum habuit, vnde ego à Ioanne id consequar actione negociorum gestorum, quod in sui utilitatem feci, id est solutionem pecuniarum in pecuniis, non vero, quod ipsius utilitati non cessit, nempe dare frumentum in solutum cum nouo onere soluendi gabellam absque eius mandato.

SVM MARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex æstimatione, qua fecit emptionem? numeris sequentibus præcipue. n. 8. cum sequentibus.
- 2 Æstimatio iure facta in dubio facit emptionem? & num. 13. limitatur numeris sequentibus.
- 3 Æstimatio habetur pro pecunia numerata.
- 4 Permutatio rei æstimata facit emptionem.
- 7 Maritus soluto matrimonio, vel eius hæres habet electionem reddendi fundum in dotem datum æstimatum ea æstimatione, qua emptionem facit, vel præd. æstimationem, quod malueris, sed contra, num. 24.
- 10 Æstimatio rerum dotialium, quando faciat emptionem, & numeris sequentibus.
- 13 L. 16. tit. 1. l. 1. par. 4. intellectus, qua non permittit læsionem etiam intra dimidiam in æstimatione dotium.
- 14 Æstimatio non facit emptionem, quando res æstimata sic datur, ut non æstimatur, sed res ipsa reddi debeat, ut in exemplo hic posito.
- 15 Æstimatio non facit emptionem, quando res simpliciter æstimata traditur super negotio, quod venditioni repugnat.
- 16 Gabella non debetur, quando res æstimata vendenda traditur, sed de venditione ipsa respectu pretij, quo venierit, ut in n. 17.
- 18 Gabella an debeatur in specie, l. si pro mutua, C. si cert. pet. cum similib. & n. 19.
- 20 Laudemium an debeatur ex emphyteus æstimata in dotem: & numeris seqq. præcipue num. 26.
- 21 L. quoties, C. de iur. dot. intellectus, & n. 22.
- 23 Æstimatio iure facta in dotibus statim facit emptionem, non expectato, utrum maritus eligat restituere soluto matrimonio.
- 24 L. in rebus, C. de iur. dot. intellectus.

QVÆSTIO XXV.

An respectu gabellæ æstimatio faciat emptionem?

**Q**uarto etiam in hac materia: An æstimatio faciat emptionem, ita ut ex ea debeatur gabellæ debet videtur: quia þ æstimatio iure facta in dubio facit emptionem, l. ex conventionione, C. de pact. l. quoties. C. de iur. dot. l. 16. tit. 1. par. 4. l. 1. §. æstimatum, & §. æstimata, C. de rei vxor. act. & l. 3. & ibi Battol. ff. locat. & l. perimque, §. si ante ff. de iur. dot. vbi dicitur, quod est vera traditio, Tiraquell. plures referens de retrat. lignag. §. 1. glo. ff. 14. num. 20. cum sequentibus, est communis secundum D. Couarr. in Pract. Quæst. cap. 28. num. 1. & per totum cap. agit late de hac materia, & nos post ipsam consil. 17. n. 19. cum pluribus sequentibus, Lassar. de decim. vendi. c. 11. n. 1.

3 Æstimatio enim habetur pro pecunia numerata, ut in l. si pro mutua, verb. æstimata, C. si cert. pet. Greg. Lopez in l. in verb. Tal. quæstra cosa, tit. 6. par. 5.

4 Quæ adeo procedunt, ut etiam permutatio rei æstimata faciat emptionem, ut tradunt DD. in l. 1. per glo. sibi, verb. taxata, C. de rerum permut. & in terminis statuti præcipientis, ut de contractu emptionis soluatur gabella, hoc probat, & tenet Paul. de Caltrensau l. 1. num. 10. ff. de rerum permut.

vbi loquitur, quando permutatio rem meam cum alia, quam tu expolueras venale pro certo pretio, & tibi tradidi rem meam æstimatam: tunc namque esset contractus emptionis, non videtur emisse rem tuam pro decem, & pro illis decem dedisse rem meam in solutum, & Paulum sequitur Decios consil. 160. in causa monasterij, colum. 1. n. 1. Ludonic. Bologn. consil. 21. stat. statutum, & iterum consil. 25. in amplissimo, vbi id dicit singulare, & utrobique addit statutum loquens de retractu rei venditæ habere locum in tali contractu, sequitur & probat alios referens, Tiraquell. vbi supra, num. 19. & 22. Arias Pinel. in rubric. de rescind. vendi. 2. par. cap. 3. num. 23. tametsi in hac eadem specie contrarium velit Carol. Molin. in consue. Parisien. tit. 2. §. 55. glo. 1. num. 106. fed in his Regnis cum ex permutacione debeat duplex gabella, nullum dubium habet hæc de qua agimus, ampliatio, attentat. l. 2. tit. 17. lib. 9. noua Collect. Reg.

Fit igitur ex supradictis, ut si rem meam tibi dedero æstimatam certo quodam pretio, licet venditionis non fiat mentio, erit nihilominus emptio & venditio, ex eoque contractus gabella debetur, quod in terminis laudemij probauit Speculator in tit. de loca. verfic. nunc aliquatibi 109. & 110. in questione illa famigerata rei emphyteuticæ in dotem date æstimata, quæ venditæ intelligitur, quod omnes fere vbi que sequuntur cum hac limitatione quod sit æstimatio talis, quæ faciat emptionem: alias fecus, secundum Carol. Molin. in consue. Parisien. 2. §. 16. n. 40. & Peregr. in rep. cap. item ne super. num. 81. fol. 30. & sequuntur alij relati per Tiraquell. de retrat. lignag. tit. 1. §. 1. gl. 14. num. 108. vbi num. 109. eam appellat receptam, & videtur communior Bertrando consil. 380. duo sunt volum. 1. etque communis diffinitio, ut si res emphyteuticæ datur æstimata in dotem ea æstimatione, quæ facit emptionem, debetur laudemium, si veto in æstimata, non debeat secundum Amod. Aponte, in questione laudemij, l. 29. per totam.

Carol. tamen Molin. vbi supra, & numeris sequentibus, inquit DD. in hoc valde aberrasse ad pauca aspicientes, & disparata permittentes quia Speculator non loquitur in quavis datione in dotem, sed quando iplamet mulier, quæ suæ potestatis est, dat sponso suo pro dote sua, & satis bene loquitur, nisi quod nimis indistincte, non aduertendo ad praxim, quia þ quod vulgo dicunt, rem in dotem datam æstimatam etiam tali æstimatione, quæ venditionem faciat, censeri venditam, non absolute verum est, nec quo ad omnia, l. quoties, ff. de iur. dot. sed tunc demum si contingat maritum, vel eius hæredem solum matrimonio male d. æstimationem, & non fundum restituere: fecus si maritus, ipsam fundum restituere, proxi potest, & electionem habet per l. perimque in fin. ff. de iur. dot. quia tunc nunquam censetur venditū fuisse, sed in dominio mulieris remansisse, l. si constans, §. si maritus, in fin. ff. sol. matrim. in rebus, C. de iur. dot. late Ioan. Igneus, in l. 1. §. si vir, aut vxor, ff. ad Sylan. Non ergo debebuntur laudemia, nisi in fine post solum matrimonium, consummata venditione per electionem pretij: Hactenus Molineus resoluens, quod interim, nec venditio, nec alienatio absolute procedit.

Quinimo contra communem superiorum sententiam indistincte in utroque, nempe casu non deberi laudemium, ea solum ratione, quod sit alienatio necessaria tenet Kal. in l. fin. quæst. 9. num.

num. quadragesimo nono, Cod. de iure emphyte. & Bertrando vbi supra, Aymon. Chauv. consil. 215. eam limitans, & declarans ex mente Kal. ut per Amod. vbi supra, & Iafone alij sequuntur, quos refert Tiraquell. vbi supra, n. 109.

8 Quid veniendum in questione principali, nec non in illa de emphyteusi data in dotem?

Ego in illa, nempe in re pecunia æstimata, alicui data pro tot pecuniis soluendis ipsi domino rei (extra causas dotis, & dimissionis hereditatis, in quibus iure nostro Regio non debetur gabella, ut in discursu huius tractatus late dicemus) regulariter teneo ex hoc contractu deberi, & soluendam esse gabellam per iura supra allegata expresse, & in individuo probantia, æstimationem esse venditionem, de qua loquitur, & præcipit, quod soluatur gabella, l. 1. tit. 17. lib. 9. noua Collect. Reg. Idem in permutacione specierum, quæ æstimata traduntur: duplex enim tunc gabella debetur iuxta l. 2. eiusdem tit. Cum enim res sic æstimata datur non, ut res, sed æstimatio ipsa necessario reddatur, aperta est emptio & venditio, ut est omnium Doctorum verissima, & communis resolutio, præcipue Batr. in l. si cert. §. nunc videndum, numero 4. ff. commod. ac proinde gabella debetur, ut patet, & in terminis tenet Lassar. de decim. vendi. dist. cap. 11. num. 2. & 6.

9 Dixi regulariter, ut excipiam casus, in quibus æstimatio non facit emptionem, quos congerit, & declarat late D. Couarr. in Pract. Quæst. cap. 28. per totum, & nos vbi supra, quia in his perinde est, ac si tradita res esset inæstimata, quo ad solutionem laudemij, ut tenet Amod. in d. quæstio. laudem. 29. ad fin. Ergo, & quo ad solutionem gabellæ per 10 supradicta, ut inde obferemus æstimationem rerum dotialium, vel alias, tunc efficere emptionem, cum æstimatio sit ad quantitatem dignam pro ipsarum rerum iusto pretio: alias fecus, secundum Bald. Salic. lal. & Dec. in l. ex conventionione. Cod. de pact. estque communis omnium sententia probatum, ac receptum secundum Socinian. consil. 141. num. 11. lib. 1. vbi eam iure probat, congerit plurimos huius opinionis auctores D. Couarr. vbi supra num. 9. þ fed intelligenda est prima pars affirmatiua huius conclusionis communis, dum requirit iustum pretium æstimationis, ad hoc, ut ipsa emptionem faciat, nempe, vel fere iusto secundum Salycet. vbi supra, quem ad hoc refert Couarr. & eum sequitur dist. num. 9. & Roland. à Valle consil. 92. lib. 2. & consil. 93. num. 18. lib. 4. vbi num. 19. quod in dubio præsumitur iustum pretium conuentum, & ita semper capienda est coniectura, quoties potest, ut æstimatio faciat emptionem, ut cum alijs probauimus dist. consil. 17. num. 24.

11 præ num. 9. þ fed intelligenda est prima pars affirmatiua huius conclusionis communis, dum requirit iustum pretium æstimationis, ad hoc, ut ipsa emptionem faciat, nempe, vel fere iusto secundum Salycet. vbi supra, quem ad hoc refert Couarr. & eum sequitur dist. num. 9. & Roland. à Valle consil. 92. lib. 2. & consil. 93. num. 18. lib. 4. vbi num. 19. quod in dubio præsumitur iustum pretium conuentum, & ita semper capienda est coniectura, quoties potest, ut æstimatio faciat emptionem, ut cum alijs probauimus dist. consil. 17. num. 24.

12 Secundam vero partem negatiuam præd. communis opinionem Couarr. vbi supra, d. num. 9. tunc admittit, cum æstimatio facta fuerit pretio minus iusto ex deceptione vltra dimidiam iusti pretij: Etenim in hoc casu propter maximam pretij iusti diminutionem, vel augmentum, præsumatur ad alium effectum forsan factam fuisse æstimationem, non vero ad constituendam, nec efficiendam emptionem: alioquin enim si indistincte, scilicet, quando simpliciter pretium non est iustum, contrarium admittentem, cum varia contingant de iusto pretio sæpissime testimoniis, nec pietum iustum consistit in individuo certitudine, magis esset locum libidus hæc de re, & controueris, nec posset frequenter ad praxim deduci communis illa regula, quæ habet, æstimatio-

nem rerum dotialium in dubio emptionem efficere.

Neque huic communi resolutioni obstat l. 6. tit. 11. par. 4. secundum Couarr. vbi supra, dum probat, in æstimatione rerum dotialium, quæ simpliciter facta fuerit, non esse permitendum, quod vxor, vel maritus aliquam, etiam intra dimidiam iusti pretij læsionem patiantur, quod est iure communi attestato verius, & receptius, vt late, plures allegans probat contra alios Matien. in l. 1. glo. 8. num. 21. & 2. tit. 11. lib. 5. noua Collectio. Reg. quibus verbis lex illa Regis non statuit æstimationem factam pro pretio maiori, vel minori, quam iustitia commutationis patitur, non efficere venditionem, sed maxime censet eam factam esse, modo iustum per additionem, vel diminutionem constitatur, quia fortassis Regia hæc constitutio ita intelligitur, ut obtineat quoties læsio contingit intra dimidiam, quod si læsio vltra dimidiam in pretio contingit, tunc locus fit opinioni Baldi & aliorum, ut æstimatio non faciat emptionem, saltem vbi læsio esset in vxoris damnum, quæ responsio, & intelligentia ad illam l. sustineri potest, non in eum sensum, ut tollamus mulieri remedium læsionis vltra dimidiam iusti pretij, si ea deceptio contra ipsam contingat, & velit eo remedio vti: cum maiori ratione hæc in specie d. l. Regia admittit emendationem læsionis vltra dimidiam, quasi senserit Couarr. contrarium, ut censet Matien. d. num. 22. miratur Couarr. quod supra modo intellexerit d. l. Regiam, non enim hoc voluit, nec sensit insignis Couarr. sed tantum, quod illa lex Regia intelligatur (nempe, dum inuit, æstimationem rerum dotialium efficere emptionem, etiam vbi læsio in ea æstimatione contigerit) de læsione intra dimidiam, secus de læsione vltra dimidiam, lex illa non dicit, æstimationem efficere emptionem. Vnde erit locus opinioni Baldi & communis, quæ habet, quod æstimatio concurrenti tam enormi læsione non faciat emptionem: Non tamen ideo Couarr. sentit, quod ea res tunc maneat tanquam inæstimata dotalis in dispendium mulieris, cum ipsamet Couarr. in finalibus verbis dicat, quod in damnum mulieris æstimatio tunc non faciat emptionem: Voluit igitur Couarr. expresse, succursi vxoris impendio & damno, nempe, ut si fuerit enormiter læsa, scilicet, vltra dimidiam in rei dotalis æstimatione, æstimatio emptionem non faciat: Potent ergo mulier in æstimatione rei dotalis decepta sine intra dimidiam, sine vltra petere, quæ se des haqal engaño, ut expresse cauetur, in d. l. Regia, quod non negauit Couarr. cum allegauerit eam legem: sed tantum inquit, quod quando læsio contingit vltra dimidiam in æstimatione rerum dotialium, æstimatio non facit emptionem, saltem vbi læsio esset in vxoris damnum. Et hæc sit prima limitatio ad communem opinionem supradictæ, quæ habet, quod æstimatio in dubio facit emptionem, ut procedat, quando sit iusto pretio, ut in dubio præsumitur, alias fecus.

Secunda limitatio est, ut non procedat præd. 14 communis sententia affirmatiua, quando res æstimata sic datur, ut non æstimatio, sed res ipsa reddi debeat, veluti, si eam dedero ad ostentationem, & pompam, ac proinde, tunc temporis gabella non debebitur, ut bene probat Lassar. vbi supra num. 3. Quod si actum sit, ut vel res ipsa, vel æstimatio ei reddatur, interim quod electio non fit, dici non potest venditio, ut in l. quod si fundus ff. de fund. dot. ac proinde interim gabella non debebitur, sed demum facta electione solutionis æstimationis,